Certum, quia talis declaratio procedit etiam interueniente iuramento. Vnde redendo ad limitationes praecedentis regulæ, certum erit in hoc casu iuramentum ultra ius commune nihil operari: quandoquidem dominii translatione non inducit, & ex consequenti quin non obstante iuramento alienatio subsistat, prout infra latius confirmabitur. Illud tamen hac in re animaduertendum est, q[uod] quando illa verba directa ac p[re]cisa dominii translatione impedirent, & ideo alienatio inde subsecuta non teneret, iuramento non accedente id in eo casu, tunc locum habere rem inesse perfecto non ponerent, at secus si in esse perfecto ponant: quodquidem si talia verba reponant in actu perfecto post ipsam alienationem ac dominii translationem in illius emptoris præiudicium, talis retrotractio fieri non potest, l. si Stichus seruus. ff. de manu testam. & ideo dixit Sal. in d.l. ea lege, in 2. & vlt. oppositione. C. de condic. ob cau. quod ubi conuentio de non alienando concepta est per tempus infinitum, utputa quia fortasse dictum sit, si tale alienare contingat, res sit pro non data vel alienata. R[es] autem est, quia illud tempus infinitum alienare, rem ponit in fieri, non autem in esse perfecto. Vnde ex quo resolutio ante actum cōpletum fit, merito ipso iure dominii translatio impeditur, & ideo in eo casu limitatio & conclusio de verbis praecisis locū habere potest: & sic ex quo ante perfectum actum, hoc est, dum vult alienare, illud pactum eo modo conceptum dominii translationem in emptorem impedit, merito fieri id potest & dominium in venditorem retrotrahitur, qui eo modo conuenit. Si vero tale pactum ad actū iam perfectum dirigatur, utiq; illa verba quicquam operari & inducere non possunt: quandoquidem cū tale pactum dominium iā translatum in emptorem reperiat, illud ab eo abdicare non potest, nec auferre. Pot præterea exemplū ponit, ut alias habui in facto in cā D. Ioannis de Vgolinis, quando s. pactum hoc per verbum gerundii, conceptum esset, utputa cōtraueniendo. nā in eo casu venditionem non subsisteret dicendum est, nec tenete vlla ratione vel pacto, & rō est, quia gerundiū illud exponitur, si contrafecerit, & iō conditionem includit, vt notat glo. & sequitur Bar. per illū tex. in l. si ex part. ff. de acq. h[ab]red. dū inquit, q[uod] gerundiū si respiciat verbū vel participantium futuri temporis, conditionem inducere, id quod tenuit rursus idem Bar. in l. i. q. pe. nu. 36. ff. de condi. & demon. & sequitur Rui. in consil. 170. viso testamento, col. 2. nu. 2. & col. 2. nu. 6. vol. 3. & ideo exponēdo si contrafecerit, vt actus perfectus denotetur necesse est, & ex consequenti pactum illud perfectum alienationem denotare, & ideo deinde nullo modo in tertii præiudicium fieri potest, cui est ius quæ situm huiusmodi retrotractio fieri potest. Nec fatis est pactum resolutum esse in contractu vel iuxta cōtractum appositum, quia cum fuerit collatum in tempus quo pretium iam solutū est, & sequuta traditio, pactum ab initio factum non videtur, sed deinde subsequito facto, argumento tex. in l. quod spōse. cum concordantib. ibi à gl. relatis, C. de dona. ante nup. Præterea Guido Papæ in quæst. 269. ponendo formulas ad hoc vt retrotractio fieri possit, inquit hūc in modum, & in primis inquit operari vt res remaneat obligata & hypothecata: & hunc inquit verū esse modum, de quo tradit Dynus in l. qui absenti. §.

ff. de acqu. posse. Alium autem esse modum, de quo loquitur Odofred. & refert Cy. in l. fin. C. de rebus alien. non alie. scilicet in tali pacto ponantur hec verba, Promitts non alienare, & si contingat te ad vllum alienationi actum deuenire, tunc res ipsa ad venditorem reuertatur, & in eo casu emptorem constitui emptoris nomine possidere. stantibus enim huiusmodi verbis, quamprimum emptor incipit alienare, dominium in venditorem reuertitur, prout dixit Cy-nus post Odofredum in loco supra deducto. & idem dixit Barto. in d. l. filius familias. §. Diui, ff. de leg. 1. Nec refert quod Barto. ibidem dicat exprimendum necessario non esse aliquem deuentionis ad alienationem auctum exprimere, &c. immo sufficiat dicere, si alienaueris, propterea quod tunc eo alienare incipiente, dominium ad venditorem reuertitur, vt est casus notabilis, vt inquit Barto. in l. cum fidei heredita, cum l. sequen. ff. de fidei commiss. libert. & sic vt supra diximus, ideo dominium in venditatem reuertatur quia actus perfectus non est. Vnde subdit Bart. redeundo ad casum nostrum, cum præsupponitur dictum fuisse, si alienauerit, secus esse, propterea quod in tempus perfectæ alienationis confertur, d. l. si Stichus seruus. ff. de manu testam. Rursus idem dicendum videtur, si alienet: nam tunc res reuertitur ad emptorem. Ratio autem est, quia in eo casu alienatio non impeditur, cum tunc conditio purificata & perfecta videatur, & dominium iam in aliud translatum: & ideo mirum non est, quod ad venditorem redire possit, & ita declarat Iacob. Butriga. in d. l. ea lege, de qua supra multa diximus, & latius h[ab]c conclusionem prosequitur Guido Papæ in quæst. 369. & in summa concluditur, quod vbi cunque aetus & verba in illud tempus conferuntur, in quo actus iam perfectus est, id est ipsa venditio, & dominium in emptorem translatum, illa verba nihil in præiudicium & damnum emptoris. Quod autem venditio subsistat & dominium non reuertatur in eum, qui huiusmodi pactum apposuit, vt dicunt omnes in d. §. Diui, & ideo diligenter animaduertendum est, quomodo verba talis pacti concipientur. Nonnulli præterea voluerunt illa alia verba, ex nunc, alioquin ad rem appositi pacti retrotractio fieri non possit & divisionis in casu Bar. vt ipse inquit, & sequitur Doct. in l. huiusmodi, la 2. & in l. si ita stipulatus fuero, §. Titius, ff. de verb. obligat. & in l. i. C. de codic. & in cle. i. de concessio. praben. & Alex. in consil. 83. visa facti narratione, col. 3. ver. confirmatur hoc, volum. 2. in quibus locis inquit Docto. illam clausulam, ex nunc, prout ex tunc, in contractu appositam retrotractionem inducere, & ideo si non apponatur, alienationem a principio non resoluere, sed tunc cum extat conditio: sed sic est q[uod] tempore existentis conditions actus est iam perfectus, quia alienatio perficitur, merito cum res non sit amplius integra, cu[m] sit solutum pretium, vel habita fides de eo, nec non etiam tradita possessio & dominium translatum, merito in tertii præiudicium retrotrahi non potest.

Verum ad rem noltram redeundo, quod scilicet iuramentum venditionem & dominii translationem non impedit, hanc conclusionem sequitur iterum Rolandus à Valle in consilio sexto, numero vigesimoquarto & vigesimoquinto, volumine primo, licet eam ponat pro ratione dubitandi, & ex aliis

alii deinde, de quibus ibidem contrarium firmet, inquiens ex notatis ab Imo. in d.c. cum contingat, col. 104. extra de iure iurant. quod si quispiam rem Titio vendere promiserit, & eandem deinde Seio vēdat & tradat, tali venditionis standum esse, & si iuriurandum iam præstitum impugnetur d.l. quoties, C. de rei vendic. iuncto c. sicut literis, extra de sponsal. & sequitur Ial. in d.l. quoties, col. 9. verbi nunc ultra. & alii locis suprarelatis, & iterum voluit Inno. in d.c. dilecto, extra de præben. quod si iuraui librum non alienare, & deinde alienem, subsistere alienationem, & si in periu- rium incidat, & idem voluit Corne. in consilio 272. colum. tertia. volumine. tertio. vbi etiam numero 26. in- quid, pactum de non alienando, etiam quod iuramentum contineat, dominii translationem non impedire.

Confirmatur hæc conclusio ex iis, quæ dixit Alex. in conf. 18. vol. 2. quem sequitur Fel. in c. edoceri, col. 5. extra de rescript. & Dec. in conf. 265. col. 2. & Curt. senior in conf. 52. col. 3. & in conf. 68. col. pen. Vbi inquit, quod si duo conueniant nunquam bona sua diuidere, huiusmodi simplicem conuentionem non subsistere, l. si conueniat, §. in hoc iudicio ff. commu- uidun. & id etiam procedit, quando iuriurandum interponeretur, propterea quod non obstante hu- iusmodi iuramento, poterit quilibet ex iis qui ita conueniunt, divisionem contra talem conuentio- nem petere, et si ille qui petit, in periu- rium incidat vt dixit Corn. licet Alexandri mentionem non faciat in conf. 13. col. 2. vol. 4. Comprobant hanc cōclu- sionem illud, quod dixit Abb. in conf. 48. col. si. vol. 2. inquiens pactum cōuentum inter coniuges, vt bona eorum ad superuenientem deueniant cum illa conditione, vt quicquid post mortem vxoris super erit, perueniat & sit fratri ipsius mariti acceptatis huiusmodi conuentionem, etiam si sit valida & sub- sistat, posse in præiudicium dicti fratris mariti, non obstante prædicto iure iurando reuocari, & si reuo- cans periu- rium incurrat, vt notatur in d.c. sicut. & Io. And. & Imo. in loc. supra relatis. Præterea præcedē- tem conclusionem, quod iuriurādum alienationē non impedit, sequitur Tiraq. in trac. de vtrog. retr. in titu. de retrac. conuentio. §. 7. ver. finis, n. 49. vbi inter alios refert Card. Alex. in c. si facta, col. 2. in titu. de feu. fue. contro. inter dom. & agna. & Gerar. à Petra in singu. 98. Item eandem conclusionem tenuit Alberi. in d. auth sacramenta puberum. nu. 15. C. si aduer. vend. & lo- quitur tam in promissione iurata non alienandi, q̄ non eligendi canonicum. Et rursus eadem conclu- sionem tenuit Alber. in l. ea lege, num. 7. C. de condi. ob- caus. & Bal. in c. intellecto, nu. 1. extra de iure iur. & Cor- ne. in 36. nu. 4. vol. 1.

Præterea hanc quoq; opinionem sequitur Fran. in d.c. licet mulieres, nu. 7. de iure iur. in 6. Vbi in secun- do quoque casu loquitur de eo, qui iurauit non reuocare procuratorem. & distinguendo inquit huc in modum: aut actus pendet à mera facultate seu voluntate ipsius iurantis, & tunc actus gestus contra iuramentum antea præstitum subsistat, & si ger- gens talem actum in periu- rium incurrat: si vero a- ctus à mera iurantis voluataate non pendet, vtputa quia sit à lege prohibitus fauore ipsius iurantis, vt extat exemplum in dicto cap. licet mulieres, de mulie- ribus & minoribus loquens, vt patet in dict. authen. sacramenta puberum, Cod. si aduer. vend. & tunc huius-

modi actum iam iuramento vallatum contra pri- mum iuramentum non subsistere, vt supra diximus, & ita inquit procedere gloss. notabilem in d.c. licet mulieres. & inquit eam esse rationem, quod huius modi actus, & sic alienatio rei dotalis sine iuramen- to ipso iure non subsistit, vt habetur in ti. defundo dotali. & ideo causa secundi iuramenti firmari non potest, ex quo se Deo antea obligauerat & parti- quo fit vt secundum iuriurandum fuerit illicitum, & in his terminis inquit procedere illam glos. & de hoc inquit plenissime tradere Imolam in d.c. cum contingat, & Nicol. in d.c. si diligenti, column. 2. extra de prescript.

Vnde etiam eodem in loco infert, quod si for- tas aliquis prælatis iurauerit non alienare bona ecclesiæ in consulto Papa, & deinde alienet contra ipsum iuramentum, an subsistat alienatio. & inquit subsistere ea ratione, quod si solius iuramenti cau- sa alienatio sit alioquin ex se ipsa licita, reuocari non possit, cum regulariter teneat actus gestus contra iuramentum, vbi lex aliter non resistit, vt dixit Arc. in c. si à sede, extra de præben. & Specul. in d.s. tertio loco, verbi quid ergo, in si.

Firmat præterea eandem conclusionem Alber. Bru. in conf. 67. nu. 5. eodem modo distinguendo, an sit actus qui à principio valuerit: & tunc subsistere posse, vel non valeat. Tūc autem dicitur subsistere non posse, quando mulier iurat dotem non alienare. nā tunc iuramentū alienationē impedit, vnde si ipius non alienare iurauerit, & deinde alienet & uret non reuocare, inquit secundum iuramētum attendendum esse, prout de hoc infra late loco suo dicitur. Id autem ea ratione concludit, quod res do- talis (vt supra vidimus) suapte natura irrevocabilis sit. Facit etiam ad propositā materiam illud, quod dixit Bal. in l. si quis haredem, nu. 4. C. de insti. & sub- condit fact. dum querit, si fortasse quispiam Do-CTOR iurauerit non legere nisi habeat domum taxata- tam, an si sit taxata primo anno, sed non secundo, possit secundo anno absque periu- rio legere? Et in hac quæstione inquit Petrum sine periu- rio legere non posse, argumento l. nouissima, ibi, tempus perma- nens, &c. ff. iudi. solvi. & de promissione iurata non reuocandi procuratorem in his terminis tradit Didacus Couarruias in relectione c. quamvis pactum, in §. 1. secunda partis, nu. 3. hanc sequitur conclusionem de promissione iurata loquens, de non reuocando procuratorem, sed de hoc supra diximus, merito non reperio. Rursus idem Didacus eodem in loco, nu. 7. inquit, quod si fortasse quispiam sub iure iuri- rando pecunias non mutare promittat, non fidei- iubere, vtique in casibus in quibus id officii mune- re impendere tenetur, peccare si iuramentum ser- uet, prout etiam peccauit jurando: si vero ad id of- ficii munere non teneatur in alterum exercere, sed est opus optimum, vtq. iurando dicitur peccare, sed venialiter, vt dixit Caïetanus in sua summa in commentariis ad Thom. & adnotauit Didacus: non ta- men peccabit seruando iuramentum, quod quidē dicitur non valere, si mutuam pecuniam alteri de- derit, aut pro eo fideiussit, ex quib. inquit Didac. arbitri manifestum esse Hippoliti lapsum, qui in repetitione rub. ff. de fideiuss. num. 28. opinatur post hoc iuramentum de non fideiubendo emissum, iu- rante fideiubere non posse, & fideiussionē nō sub- siste

sistere, quod tamen ipse verum non esse existimat, & ideo dum Oldradus in consil. 90. innuit iurantem in hac specie fideiubere non posse, nec pecuniam mutuo dare, nisi in extrema necessitate existenti: ac etiam pariter labi existimat, quia non obstante iuramento poterit qui iuravit, cuicunq; mutuare, & pro quo cunque fideiubere, ac etiam si ille cui mutuo dat, vel pro quo fideiubet, non sit in extrema necessitate constitutus, ut ibid. ipselatus prosequitur.

## C A P. CCXXVI.

Argumentum constat ex Summario.

### S V M M A R I V M.

1 Iurans, quod nunquam erit mercator vel miles, & quod non tenebit feudum ab ipso domino, vel quod illi non seruiet vel locabit operas suas, & alia, an teneatur iuramentum seruare.

**Q**uæsiuit etiam, quatenus facit ad rem propositam, Benedictus Straccha in tract. de mercat. part. 3. num. 37. post Achar. in cap. animaduertendum. 22. quest. 2. Si fortasse quispiam iurauerit, quod nunquam erit negotiator vel miles, & quod non tenebit feudum ab ipso domino, vel quod ei non seruiet nec locabit operas suas, vel donum recipiet vel mutuum, an illud iuriurandum seruare teneatur, si fortasse aliter viuere non possit, nisi contraveniat ipsi iuramento? Et tenet tali iuramento contravenire posse, & ratio est, quia patet rem esse redactam ad eum casum, de quo si cogitasset ab initio, non iurasset: vel si iurasset, super eo casu illicium esset iuramentum. Hanc Archidiac. conclusionem probat & commendat Panormit. in cap. si vero, num. 3. extra de iureiuran. & refert etiam ac plenius confirmat Ioan. de Selua in tract. de iureiuran. part. 3. num. 18.

## C A P. CCXXVII.

### A R G V M E N T U M.

De iuramento de non mutando testamentum.

### S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum de non mutando testamento, valet de iure canonico.
- 2 Iurans non reuelare secreta, ex causa iusta reuelare potest.
- 3 Confessor potest cum iusta causa confessionem reuelare.
- 4 Confessor peccata, quando reuelare possit.
- 5 Peccatum nondum commissum reuelari non potest.

**F**acit præterea ad rem nostram, quatenus pertinet ad ius ciuile, licet aliter sit de iure canonico, vt inquit Tiraquellus in tract. de priuilegiis pia. et auct. priuileg. 100. versit. sed ad illa respondet. Si de iure canonico iuramentum de non mutando testamento subsistere, & si testandi libertatem tollat, vt dixit Ioan. And. in cap. quod semel. dereg. iur. lib. 6. & Imola in d. cap. cum contingat, extra de iureiuran. & in d. cap. dilecto, extra de preben. & Salycer. in l. sancimus. C. de testam. cum similib.

Facit etiam ad rem nostram illud, quod dixit Innocent. in cap. qualiter & quando, il primo, extra de accusation. dum vult, vt ille qui non iurauit non reuelare secreta, intelligitur sine iusta causa, propterea quod iuramentum semper continet exceptionem iustæ causæ, & ideo facit ad rem propositam, quatenus dicebamus iuramentum nihil in his casibus ultra ius commune operari: nam stante iusta causa pandendi secreta, sequitur ut iuramentum nihil in eo casu ultra ius commune operetur, cum non impedit propalationem, de hoc est text. in cap. ad nostram, il secondo, & in cap. quemadmodum, extra de iureiuran. id quod & de confessore dicendum est: non qui licet absque peccato confessionem reuelare non possit, vt habetur in cap. omnis viriusque sexus, in fine, extra de peniten. & remission. & in cap. si peccauerit. 2. quest. 1. id tamen iusta causa non accidente intelligendum est, vt dixit Ant. Franc. de Doctoribus Patauinis in consil. 69. num. 17. vol. 1. consil. criminal. diuers. Vnde etiam infert confessorem non peccatum reuelare posse, si fortasse cognoscat ex eo maximum scandalum subortitum, utputa si fortasse quispiam confiteatur sacerdoti Titum interficere velle: in eo namque casu sacerdos ille, ne homicidium sequatur, illam intentionem confitentis reuelare potest, etiam quod talis reuelatio ab eo non petatur tanquam à teste, vt notant Innocent. Ioan. And. Butri. Card. & Abb. in dicto cap. omnis viriusque sexus, in fin. extra de peniten. & remission. Id autem ideo inquietunt confessori permisum esse, quia illud peccatum non adhuc commissum non est, sed committendum: & ideo mirum non est, si reuelari potest, propterea quod non reuelat peccatum commissum, sed committendum. Vnde etiam dicunt Doctores in d. cap. omnis viriusque sexus, quod si aliquis sacerdoti peccata sua confitendo dicat deliberasse Sempronium occidere, & penitentiam petat huius sui malæ intentionis, in eo casu sacerdotem illius intentionem præterquam verbis generalibus reuelare non posse, & ita ut de quo specialiter loquatur percipi non possit. Limitauit tamen ipse Antonius Franc. de Doctoribus in dicto consil. sexagesimonono, fere per totum, in causa matrimonii: nam in eo casu, quæ in confessione audiuit, reuelare non posse arbitratur, ut ibidem ipse latissime prosequitur.

## C A P. CCXXVIII.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

- 1 Iurans non reuocare procuratorem, quando eum reuocare possit.

**Q**uæsiuit etiam Stephanus Staphil. in tract. super commissione & literis iustitia, in §. & primum sciendum, num. 8. & 10. Si iurans procuratorem non reuocare, illum reuocare possit. Et in hac dubitatione inquit eum, qui iurat non reuocare procuratorem, si eum in materia beneficiali retinocet sine superioris autoritate, periurum effici, vt dixit gloi. in cap. fin. versit. reuocatus, de procurat. lib. 6. per text. in cap. scut. & in cap. si inter, extra de sponsal. & ideo inquit absolutionem impetrare oportere, non tamen inquit reuocationem non tenere, ut latius ibi pere eum.

## C A P. CXXIX.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

**I** Testamentum conditum cum iuramento de eo non reuocando, tollitur per subsequens non obstante iuramento.

**Q**uæsivit etiam Ioan. Bapt. Plotus in consil. 168. num. 52. in 1. vol. consil. vlt. volunt. diuerso. † an testamentum conditum cum iuramento de non reuocando, per subsequens iuramento prædicto non obstante tollatur? Et primum à secundo tolli arbitratur, & quod plus est testatorem qui iuramento contrafecit, periurium non incurre, & hanc inquit esse communem opinionem, ut voluit Cotta in suis memoriali in verbo, testatorem inducere, in fin. Vbi refert Bart. & Alexand. in apostillis in dicta l. cum duobus. §. idem, il primo, per illum text. ff. pro sociis. & Bald. in consil. 441. vissi statutis communis Lauda, col. 1. vol. vlt. & in cap. 1. §. item sacramenta, col. penult. versic. Quaritur, si faciens in tit. de pace iuramento firmam. & in consil. 22. Quidam fecit testamentum, vol. 1. & Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 2. versic. item facit. ff. de verborum obligationib. & inquit esse communem opinionem, iuramentum testamenti factionem non impedire, & si iurans in periurium incurrit, ut inquit & de hoc tradit Bertran. in consil. 58. num. 1. volum. 2. & quod reuocare possit, tradit Ioan. Maria. Riminald. in consil. 292. num. 10. volum. 2. & si dixerint nonnulli iurantem in periurium incurtere, ut latius ibidem Riminald. prosecutetur, & tradit Ias. in l. si ita quis promisit. §. ea lege, num. 24. ff. de verborum obligationib. & late de hoc tradit Iulius Clarus lib. 3. sententiarum. §. testamentum, quæst. 94. in loco suprarelato. Legistæ vero, ut ipse inquit, communiter tenent in periurium non incurri, prout etiam dixit communem esse opinionem, Cotta in tract. memoriali, in eodem memoriali, testatorem inducere, ut paulo ante diximus.

## C A P. CCXXX.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

**I**urans non reducere ad arbitrium boni viri, an de laudo intelligatur.

**Q**uæsivit etiam Ioan. Lud. de Lambertatis in consil. 76. nu. 70. in 1. vol. consil. vlt. volunt. diuerso. † an iurans non reducere ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento, laudum vel quid tale reducere possit? Vnde stante tali dubitatione inquit, id non licere, nisi ex causa legitima, ut est text. in cap. Quintavallis, extra de iure iurari. vbi tradit etiam Innocent. & habetur in l. si unus, §. illud. vbi tradit Guidel. ff. de pact.

## C A P. CCXXXI.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

**I**alienatio iurantis non alienare subsistit.

**V**Alet † etiam & subsistit alienatio facta ab eo qui non alienare iuravit, ut dixit Maria. Socin. senior in cap. sacru. num. 463. extra de sentent. excom-

mun. & Natta in consil. 480. num. 24. vol. 3. dum inquit, iurantem non alienare, locare ad centum annum non posse, etsi illa locatio sit improprie alienatio, & idem dixit Roland à Valle in consil. 6. num. 24. & 25. vol. 1.

## C A P. CCXXXII.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

**I**urans non fideiubere pro aliquo, an posse non obstat iuramento fideiubere.

**Q**uæsivit etiam Menochius in primo remedio recuperandæ possessionis, num. 260. si quispiam iure iurando promittat pro aliquo † non fideiubere, antenatur hoc iuriandum obseruare? cum non tendat ad æternæ salutis detrimentum? Pro decisione tamen inquit seruandum non esse, cum opus magis bonum impediatur, cum fideiussio à charitate proueniat, & ideo mirum non esse, si aduersus huiusmodi iuramentum talis fideiussio subficit, ut quamplura exempla ponit Diuus Thomas secunda secunda, quæst. 89. artic. 7. quem refert Didacus Couarruicias in cap. quamvis pactum, in prima parte. §. 6. num. 6. versic. sexto adhuc, de pact. in 6. Vbi Didacus reiicit Marsil. in rub. ff. de fideiuss. num. 28. & Oldrad. in consil. 90. qui aliter sentiebant, vide de hoc illud, quod dixit Oldrad. in consil. 90. & creditimus etiam supra ad aliud propositum attigisse, & notat Ias. in §. item si quis, num. 81. Institut. de action. & tradit Bellameri in cap. & si Christus, num. 16. versic. octauo dicit.

## C A P. CCXXXIII.

## Argumentum constat ex Summario.

## S V M M A R I V M.

**I**urans reddere centum alieui infra mensem sibi mutuo data, & reuocet procuratores, an reuocatio subsistat.

**Q**uæsivit præterea Petrus Rebuffus in tract. de liter. obligat. in prefat. num. 20. & 21. de hac quæstione: inquit enim ipse practicam extare Occitanorum Romanorum, & prouincialium, ut † si quispiam mutuet mihi centum, quæ ei intra mensem reddere promittam: alioquin constitutam in instrumento Titum & alios practicantes in curia senescalchi vel alterius iudicis ordinarii, procuratores ad confitendum dictum debitum & ad capiendum præceptum iudiciale nomine constituentis, & iurent in d. instrumento prædictos procuratores non reuocare, & dicit ipse Rebuffus putare reuocari non posse: quandoquidem sicut constituti in contractu sunt pars contractus, & ideo reuocari non possunt, ut firmauit Bald. in l. fundi. ff. de contrah. empt. & voluit Paul. Castrensi. in l. post rem, in fin. ff. dederi iudic. & Guido Papa in singul. 273. & Alexand. in addition. ad Bart. in l. fin. C. de pignor. action. & in l. si eam dotem. §. eo autem tempore ff. soluto matrimonio. & Vincen. in d. §. si index. & Bal. iterum in rub. C. de summa Trinitat. & fide cathol. col. 3. versic. sed incidit quæstio. & tradit etiam Ripa in l. obligatione. ff. de pignor. & hanc esse communem præsumit ibidem Rebuffus, & sic

# De Executionibus, Tractatus. §. 9. 843

& sic patet in hoc quoque casu iuramentum nihil operari, nec quicquam ultra ius commune inducere.

## C A P. CCXXXIV.

### Argumentum est in Summario.

#### S V M M A R I V M.

1 Iurans non donare, non impeditur donare.

1 Item præterea Oldradus in consil. 245. num. 8. & 9. † querit, an iurans non donare, donare impeditur, & prædictum ita iurantem donare non impediri arbitratur ea ratione, quod in iudicio seculari huiusmodi iuramentum obligatorium non sit. l. non dubium. C. de legib. & constit. & l. iurisgentium. §. & generaliter ff. de pac. & l. si quis inquilinos. § fin ff. de leg. 1. si vero ad ius canonicum inspiciamus, & idem dicendum videtur quod ad hæredes, cum iuramentum sit personale ex parte iurantis, & hæredem non afficiat. l. prater calumniam. C. de iureiuran. & notat Innocent. in cap. veritatis, extra de iureiuran. Et ideo infertur, animaduertendum esse, quia si de hæribus loquamur, dubium non est, tale iuramentum donationem non impidere.

## C A P. CCXXXV.

#### A R G V M E N T U M.

### De iuramento non petendi relaxationem iuramenti.

#### S V M M A R I A.

- 1 Iuramento renuncians relaxationi iuramenti, an illam relaxationem petere possit, & quando posse, & an in periuirium incidat.
- 2 Contractum impugnans frustra legis auxilium implorat.
- 3 Iurans soluere vñuras ad terminum vñq; constitutum, absolutionem seu relaxationem ab ipso iuramento anteterminum petere debet.
- 4 Iurans absolutionem non petere, potest id ecclesia denunciare.

1 Q Væsiuit præterea Romatus in consil. 236. numero 1. † an si forte quispiam cum iuramento iuramenti relaxationi renunciauerit, ac etiam addito ut non possit petere relaxationem à iuramento, possit tamen huiusmodi absolutionem petere, & inquit in primis negatiue respondendum esse ea ratione, quod iuramentum seruandum sit, vt dixit gloss. in cap. tua dudum, extra de vñfur. inquiens iurantem noui petere absolutionem à iuramento illico respectu illius, quod iuratur, vt in casu proposito ad illud obseruandum cogendum esse, ei tamen in eo subueniendum esse, ob id quod Ecclesiæ denunciare possit iurasse absolutionem non petere, & his non obstantibus is, cui iurauit in delicto perseueret. dicto cap. quemadmodum, in fin. extra de iureiuran. Vnde hoc constito potest ecclesia eum, cui iuramentum præstitum est, ad relaxandum tale iuramentum compellere, ac etiam pœnitentiam agendam ob delictum, vt habetur in cap. 1. & in cap. ad nostram, il 2. extra de iureiuran. Vnde cum hoc iuramentum non vergat in dispendium salutis æternæ, illud seruare tenetur, vt ibidem habetur: & ideo si contraueniat, & absolutionem petat, in

periurium incidit: & ideo super absolutionem à iuramento audiri non debet, repugnante iuramento antea præstito de non contraueniendo contractui, vt supra late diximus. Frustra † enim auxilium legis implorat, qui in ipsam legem committit. d. l. quia frustra ff. de vñfur. & c. fin. extra de immu. eccles. & l. auxilium ff. de minor. & ibid. latius tradit Roman. in consil. 326. nu. 1. & est conclus. Feder. de Senis in consil. 291. quem sequitur Butrius in cap. debitores, extra de iureiuran, & ibidem Joan. And. qui Feder. de Senis in d. l. sequutus, quod iurans soluere vñuras † ad certum terminum, absolutionem seu relaxationem iuramenti ante terminum petere debet, quia si lapsus est terminus solutionis, & ob ipsam non factam in periuirium incidit, in petitis audiri non debet; si igitur iurauerit † absolutionem non petere, vt inquit ibidem Roman. nu. 4. illud ecclesiæ denunciare potest, & si constiterit iuramentum ex parte recipientis illicitum esse, eum compellat vt desistat ab huiusmodi peccato, & vñterius pœnitentiam agat, vt habetur in d. cap. quemadmodum, in fin. Debet tamen denuncians, vt inquit Host. in d. c. quemadmodum, per illum tex. in fin. in salute proximi dictum suum fundare, non autem principaliter super interesse suo, propterea quod in eo casu ei iuramentum præstatum obstaret. Si vero iurasset illud iuramentum non denunciare, vñiq; in eo casu illicitum esset ea ratione, quia nullum iuramentum obstare potest, quin possit quis denunciare ecclesiæ id quod crimen aliquod continet. d. c. quemadmodum, in fin. & in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. & notat gl. in d. c. ad nostram, & in c. veniens. in vers. illicitum iuramentū, extra de regularib. & in c. autoritate. 15. q. 6.

## C A P. CCXXXVI.

### Argumentum est in Summariis.

#### S V M M A R I A.

- 1 Iurans non petere absolutionem à iuramento, quod eam eo iuramento non obstante petere posse.
- 2 Absolutiones tot à iuramento necessaria sunt, quot sunt iuramenta.

Q Vatenus autem supra dicebatnus de eo, qui iureiurando promisit absolutionem à iuramento non petere, Thomas Grammat. in consil. 25. num. 1. † inquit huiusmodi absolutionem ab eo instrumento peti posse, in quo iuratum fuit absolutionem non petere, vt in eiusdem terminis voluit Bald. in repetitione. l. iusurandum, col. 42. ff. de iureiuran. dum inquit huiusmodi iuramentum non petendi absolutionem subsistere: Verum inquit ad illud relaxandum agi posse vt absoluatur. Illud tamen animaduertendum est, quod eo relaxato & absolutione concessa, petenda est alia absolutione ab alio iuramento soluendi in contractu apposito, vt habetur in cap. 1. extra de iureiur. † propterea quod tot sunt necessariae absolutions ac relaxations, quot sunt iuramenta. Ex fine enim vñius relaxations vel absolutionis, alterius petitionis origo proficitur. l. Julianus, in fin. ff. de cond. indeb. & idem tenent Bald. & Imola in l. hac scriptura. ff. de cond. indeb. & Imola rursus in cap. 1. col. 3. extra de iureiuran. & Felin. in cap. debitores, col. 6. extra de iureiuran. Præterea eandem quoque opinionem sequi videtur Abbas in cap. 1. col. 5. in vers. quid dicendum in tanta

varietate, ut patet supra, extra de iur. & rursus idem Abb. in d.c. cū contingat, col. 23. ver. vnde cimus casus, in eo tit. vbi se refert ad c. 1. qd in loco prædicto tenet hanc conclus. & idem in specie voluit gl. sing. in c. tuas dudu, extra de iur. cuius gl. meminit Imol. in d.c. Quinta ual. extra. de iur. & idem refert Fel. in c. cōstitutio, in ver. auth. Papa, ex. de rescr. vbi inq. idem consuluisse Lu. Rō. Et licet p̄dicta gl. & Rō. loquatur p̄ verbū denunciare, & ex consequēti vt p̄ viā dentificationis id fieri possit: attamē quomo- docūq; huiusmodi iuramentū relaxaref, non refert.

## C A P. CCXXXVII.

<sup>1</sup> Iurans aliquem non accusare iuramenticausa deinde ac-  
cusare non impeditur.

**A**d ea, qd huculq; diximus, facere videtur illud, qd iterū dixit Tho. Gram. in conf. 31. n. 20. tū vult vt ille qd iurauit quē nō accusare, iuramentū cā deinde accusare, nō impeditur, vt est tex. in c. venies, extra. de accus. & in d.c. quemad. extra. de iur. & voluit Spec. in S. itē qd iurauit, in tit. de accus. & Abb. in c. quemad. §. illud aut, n. 7. extra. de iur. inq. qd iurans aliquē non accu-  
sare, pōt tamē eum denunciare ad p̄nententiā pagē-  
dā, & inq. de hoc esse gl. in c. ad nostrā, il. 2. ext. de iur.  
qā est cōtra præceptū Christi & bonū charitatis: nā  
dicit in euangelio, & si peccauerit in te frater tu<sup>9</sup>,  
&c. & c. nouit. ext. de iud. & c. si peccauerit. 2. q. 1. & tra-  
dit Ab. in c. 1. ex. de iur. inq. tamē Host. in d. §. illud aut,  
qd aut iurās vult principaliter denunciare ob peri-  
culū animae delinquētis, & tunc iuramentū nō ob-  
stat: aut mouet principaliter intereste sui cā, & tūc  
fine metu piurii nō possit, prout p̄bat idem Abb. cū  
iuramentum respectu priuati intereste subsistat,  
non autem publici. <sup>1</sup> si vnu. §. pacto. ff. de pact.

## C A P. CCXXXVIII.

<sup>2</sup> Iurans non reuocare procuratorem, eum tamen non ob-  
stante iuramento reuocare potest.

**R**erius idem Tho. Gram. in d. conf. 31. n. 13. inq. qd si quispiā tū promittat iureiurando procuratorem  
nō reuocare, si iuramentū nō obstante deinde reuoc-  
et, talē reuocationē subsistere, licet reuocās in p-  
iuriū incidat. Et iō infert, qd reuocatio p̄sentati ad  
beneficiū subsistat, licet patroni reuocantes in piu-  
riū inciderint: nā tenēdo p̄sentationē patronorū  
iuratā reuocari nō posse. Respōdetur, prout respō-  
det Io. And. in c. in re cōmuni, in mercur. de reg. iur. qd iō  
in casu, de quo loquitur, p̄curator à domino reuocā-  
ri pōt, qd fauore ipsiusmet reuocātis constitut⁹ est,  
nō aut tertii. Secūdo modo respō. idem Io. And. in c. qd  
semel, col. pen. de reg. iur. dū inq. esse nōnulla, qd homi-  
nis ministeriū nō req̄unt, vtputa iudicis, sed ex se  
ip̄sis effectū sortiuntur, vtputa exēpli gratia baptis-  
mū, matrimoniu, professio, ac testamentū, & in his  
valēt ea, qd contra iuramentū fuit: in illis aut, qd homi-  
nis ministeriū req̄ūt, vt est rei alienatæ minoris vel  
dotalis alienatio, ac in officiō testamēti querela, &  
hoc gen⁹: & in his denegāt hominis ministeriū, ne  
piuris via apiatur: Et iō in his ea qd cōtra iurantē fi-  
unt non subsistunt. Et iō idem pariter de p̄sentatione  
patronorum dicendū est. Prædictis vltra p̄dicta, re-  
spōdebat Bal. in l. p̄dū qd dotali, qd 18. C. de coll. vbi di-  
xit, qd quādo alteri est ius qd sitū, vel qd rendum quis ad  
periurandum non admittitur, & habef in decis. Rot. &  
Bonon. 49. & Gom. in tract. de reg. iur. cancella. in reg. de  
annali. qd 40. n. 1. & itetum in reg. de inscr. resignatio. n. 3.

## C A P. CCXXXIX.

<sup>1</sup> Iuramentum de non contraueniendo, & de non petendo re-  
laxationem à iuramento ubi concurrunt, de vtroque  
mentio fieri debet, alioquin rescriptum est nullum.

Præterea Cassan. in conf. 20. n. 12. autoritate Roma. <sup>2</sup>  
In conf. 326. in p̄senti consultatione, inquit tū vbi  
concurrūt iuramentū de non contraueniendo, & de  
non petendo relaxationē à iuramento, de vtroq; mé-  
tio faciēda est: alioquin rescriptū nullum esse voluit  
Fel. in c. cōstitutio, col. 7. & 8. ext. de rescr. vbi etiā p̄dictis  
addit, quod si sit de relaxatione conuentum, vt scilicet  
relaxatione à iuramento obtenta quis nō vtatur,  
de hac quoq; clausula mentionem faciendam esse.

## C A P. CCXL.

<sup>1</sup> Iurans quandam ingredi religionem, si aliam ingrediatur  
subsistit ingressus.

Pariter et si quis iurauerit aliquā religionem in-  
gredi, & deinde aliam ingrediatur, subsistit in-  
gressus, vt est tex. in c. post votum, de reg. iur. lib. 6.

## C A P. CCXLI.

Iuramentum patroni de non variando  
in p̄sentatione, an obliget.

<sup>1</sup> Iuret si fortasse patronus non variare p̄sentando aliquem.  
an variare possit.

<sup>2</sup> Iurans constituendo vicarium ad quoddam tempus cum  
non reuocare & reuocet, an talis reuocatio subsistat.

<sup>3</sup> Iuramentum impugnari potest, licet impugnans per iurū ef-  
ficaciat in illis casibus superiorem adire non oportet.

**Q**uæsivit iuxta p̄posita Cæsar Lambert. in tract.

Quris patr. in 2. par. 2. lib. in c. & ideo, nu. 2. fol. 182.

Quid dicendū sit, tū si patron⁹ aliquē p̄sentādo nō va-  
riate iureiu. p̄misserit, an tunc variare possit, & inq.  
qd variare possit, dicendū esse, & mouetur ex iis, qd u-  
prapaulo ante deduxim⁹. & voluit gl. in d.c. fi. de proc. li. 6.  
in verbo, reuocatio. & tradit Fel. in d.c. cū accessissent, col. 5.  
ex. de const. dū volūt, qd si constituo procuratorem, & iu-  
ro eū nō reuocare: si deinde reuocē, reuocationē vā-  
lere, & si piurus sā, & idem dixit Inno. in c. dilecto, extra  
de p̄aben. vbi si quis iuret librū nō vendere, & deinde  
vēdat, venditionē subsistere, & Butr. in c. pe. ext. de off.  
vic. qd dicit, tū si cōstituatur vicari⁹ ad certū & deter-  
minatū tēpus, & iuret constituēs cū nō reuocare can-  
te tēpus p̄hxū, si deinde reuocetur, reuocationē non  
valere indistincte, licet si sine causa reuocē, reuocās  
sit piurus, & subdit ad hoc facere text. in c. sicut, ext. de  
sponsal. & notat Ab. & sequuntur Doct. in d.c. dilecto, ext. de  
iur. & late hāc conclus. declarat alia similia quāplura  
deducens Pat. Cast. in conf. 56. dico nō obſtāte. & inter-  
minis tradit et Ale. in conf. 16. p̄dērat⁹, col. 3. Præterea  
eand. opin. sequitur Boer. in conf. 207. circa hāc q. n. 2. vol.  
1. & eā inq. tenuisse gl. in d. §. c. fi. in vers. reuocatus, de p-  
cur. in 6. qd sequit et Lap. & Dom. à san. Gem. & Pet.  
de Anch. & Philip. Franc. & Bar. in l. cum precario. ff. de  
proc. & Ang. in l. & perpetuū. ff. de proc. & in l. Stichū. §. v-  
sumfr. vbi tradit Imol. ff. de sol. vbi et vult, vt p̄ca adie-  
cta reuocari possit, & ita inq. consuluisse Cast. in cōf.  
225. Punctus talis. Mart. de Floren. & iterū in conf. 222. qd  
d. Domina. secūdū antiqu. impressionē. & Ale. in conf. 18. vi-  
sis c. col. 2. tenens opin. gl. in d.c. fi. cōter teneri, & rursus idem  
Ale. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. obl. & Dec. in  
cōf. 475. n. 18 par. 2. & Henr. de Boue. in sing. 22. in tit. proc.  
conue. per se & synd. & rō est, qd hāc p̄missio non cō-  
traueniēdi, ē cō naturā p̄cur. eiusve actū, vt dixit Bar.  
& Doct. ē adducti, & iō in oblig. nō transit, nec tenet  
facta reuocatione, licet ex parte alteri⁹ impleta sit. d.  
c. ē vniuersū, vt dictū ē, & ita tenet Fel. post. Pano. in c.  
edoceri, col. 5. in pr. in vers. & D. Ab. ex. de rescr. & Fed. de Sē.  
in tract. p̄mut. 35. & Fel. in c. cū accessissent, col. 5. ver. & ad-  
uerte, qd nō p̄t. ex. de cōf. & in c. fi. diligēti, col. 8. ver. non  
fallit, seq. corollario, ex. de fo. cōp. & Dec. in c. ad nostrā, col.  
pen. vers. succēsive. Abb. hic dicit, extra de confir. vtili, vel  
inutili. & iterum Felinus in d. cap. si diligēti, col. 2. vers.  
ad it.

*ad illud de validitate actus contra iuramentum, extra de prescript.*

Limitatur autem hæc conclusio in illis casibus, in quibus superior suam autoritatem interponere potest, propterea quod si quis iurauerit nemine præsentare durante arrendamento, si deinde præsentare velit, audiendus non est. Ratio autem est, quia in his, in quibus superior interuenire debet, superior contra proprium iuramentum venientem audite non debet, ne per iurii author sit, ut voluit Ioan. And. *in cap. quod semel placuit, de reg. iur. in mercerialib. in 6.* & inquit id probari *in cap. mulieri, extra de iure iuran.* Ea autem, quæ supra in contrarium deduximus, inquit procedere in illis casibus, † in quibus necesse non est superiore adiri: nam in illis casibus potest quis suum iuramentum impugnare, & ei contrauenire, & si periutus efficiatur. Hanc declarationem seu limitationem, posuit etiā Caltr. *in d. consil. 56.* & prædicta etiam refert Rochus de Curt. *in tract. iuris patronat. in versic. honorificum, quest. 12.* & subdit. hanc conclusionem tenuisse Lapum in valde vrgentioribus terminis, in eius allegat. 78. *In Dei nomine, &c. vacante ecclesia, hoc eodem tit. colum. fin. in fin.* & valde melius post princip. col. 4. dum inquit; Patronos sibi inuicem promisisse, habere ac reputare præsentatum ipsum rectorem, & non aliū: & ideo contra huiusmodi promissionē venire non posse, argumento *clementina, plures, in fine, de iure patronat.* & sic loquitur de promissione facta, non accedente iuramento, quod quidem sati validum est. Vnde prædictus Rochus in fin. inquit, hæc omnia in practica memorie demandanda esse, propterea quod alibi non reperiuntur. At Lambertinus subdit de hoc articulo tractasse in suo tract. *de iure patronat. in 1. part illius secundi libri, in 4. quest. princ. in artie. 13.* ac etiam consuluisse, patrum constituentem procuratorem & iurantem non reuocare: ea tamen promissione non obstante reuocare posse, & si tamen periurus fiat: si vero iuratum sit, alterum nō præsentare, sed ipsum tantum præsentatum per ipsum procuratore, vel saltem iurauerit non variare, cum noua præsentatio fieri oporteat coram superiore per periurium, superiore eum dimittere non debere, & ex consequenti, ut ibidem conclusum est, ita etiam hic prædubio concludendum esse, & ideo in decis. Rot. Bonon. 49. quod cum quidam procurator ad resignandum beneficium, & ad prætandum consensum reseruationis pensionis cum iuramento ac promissione non contraveniendi iuramento quæsum fuit, an procurator talis reuocari posset? In qua dubitatione & si reuocari posse dicendum videretur, ut dixit gloss. *in d. cap. fin. de procurat. lib. 6.* qua motus Anch. & Federicus de Senis *in consil. 107. alias 100. vel. 95.* tenuerunt procuratorem etiam quod accedit ius iurandum non reuocandi: tali iuramento non obstante reuocari posse, etiam quod reuocans in periurium incidat, ut voluit etiam Felin *in cap. ex parte, il 2. extra de prescript.* Prædictis tamen non obstantibus in contrarium tamen inquit deduci posse decis. Rot. 103. alias 104. *in antiqua impressione.* & Felin. sub alio tam en numero, eam sequitur *in d. c. ex parte, & iterum idem Felin. in cap. si diligenter, extra de foro competente.* & licet loquatur in procuratore ad resignandum ex causa permutationis, idem tamen locum habere in procuratore ad resignandum

simpliciter ad fauorem & commodum alicuius arbitratur: & ideo idem quoq; dicendum existimat in procuratore ad resignandum alicui, & consentiendum impositioni pensionis, sicut in procuratore ad resignandum ex causa permutationis, cum fuerit constitutus procurator ad resignandum cum reseruatione pensionis. Hæc autem opinio Dominorum de Rota, quod reuocari non possit, fuit in eo casu reiecta & conclusum, reuocari posse ex infra scriptis. Et primum; quia in contrarium est communis conclusio, vt in individuo colligit Boerius in decis. 207. circa hanc questionem, num. 2. vol. 1. Nam (ut ipse inquit ibidem, num. 1.) licet prædicti Domini Rotæ in decis. 102. *in antiquis,* teneant in casu permutationis reuocari non posse, secus vero ex causa simplicis resignationis: reddantque eorum dicti eam rationem, quod aliud sit procuratorem simpliciter ad resignandum constituere: aliud ad resignandum ex causa permutationis, ut ibidem ipsi latius prosequuntur, quos sequitur Felin. *in dicto cap. ex parte Decani, colum. 6. versic. considera primum, cum versic. sequenti, extra de prescript.* & Collecta. *in cap. cum olim, in quest. fin. extra de rerum permitt.* Quinimo potest à procuratore, si velit ad id compelli, prout etiam voluit Alber. *in l. si procuratorem, versic. quid si litteris. ff. de procurat.* & iuxta hanc conclusionem in quadam specie obtinuisse attestatur: quandoquidem quod ab initio est voluntarium, deinde sit necessarium. *l. sicut. C. de action. & obligat.* nisi iustissima causa, ut ipse inquit, superueniat: quandoquidem tunc reuocari potest, argumento *l. post diem, cum l. seq. ff. de procurat. ubi latius ipse prosequitur, & in l. item ad litem, eod. tit. & est decisio Capellæ Tholosanæ 261.* inquiens ita conclusum fuisse in d. Capella, cum aliis à Felino deductis *in d. cap. ex parte Decani, in 5. ampliat.* In hac itaq; ita contraria & valde controverfa conclusione Boerius quærendo quid tenendum sit in d. quest. 207. num. 5. inquit Bald. *in rub. extra de procurat. col. 5. post princ. versic. periurium non impedit, ut reuocari possit,* concludit ab eo qui ipsum constituit, si simpliciter iurauerit, secus autem si aduersario cum iuramento ipsum procuratorem non reuocare promisisset, propterea quod cum huiusmodi iuramentum licitum sit & honestum, ne delusorium reddatur, obligatio oritur. *l. si quis maior. C. de transact.* & ideo in eo casu reuocari non posse arbitratur. Subdit tamen ibidem Boerius, hanc Bald. conclusionem arduam esse, ut dixit Ias. *in l. si non fortè. §. si centum, col. 3. in princ. ff. de conduct. indeb.* & ratio est, quia iura, quibus gloss. suam fundat conclusionem, *in dicto cap. fin.* ei refragantur, prout inquit etiam Felin. *in dicto cap. ex parte Decani, in fin. in 5. ampliat.* & sic Boerius pluribus confirmat opinionem illam, ut reuocari possit, licet periurium incurritur, quod tamē etiam limitat in aliis quibus casibus.

Et primo, quando aliqua iusta de causa reuocatur: quandoquidem tunc non seruando iuramento, nullum incurrit periurium, ut voluerunt Dominicus à sancto Geminiano & Franchus *in d. c. fin.* inquiens ita voluisse Feder. de Senis *in d. consil. 107.* factum tale est, *in fin. alias in consil. 100.* & ita etiam inquit tenuisse Alber. *in d. l. si procuratorem, & Guil. de monte Laudano in d. c. fin. & Auriol. ibi, in addit. & Probus in addit. ad Monac. num. 4. vsque in fin. & latius ibi dem tradit Boerius.*

Secundo limitatur, quando aliquis huiusmodi cōtractum vel actū non facere iureiurādo promiserit. Vnde infert etiam ad prædicta, quando quis procuratorem non reuocare iurauerit: nam si deinde reuocet, subsistit talis reuocatio, etiam si ipsa reuocatio iureiurando reuocata non sit: & ideo vt multo magis procedat, si iuramentum acceſſerit, dicendum est, vt ait Cassan. *super conſtit. Burgun.* §. 16. *et tu vterius dic, num. 5. & 6. & ibid. num. 8. concludit, vt iurans non impugnare testamentum, illud impugnare possit, vt ibid. latius per eum.*

Tertio quærit Socin. iunior *in confil. 32. num. 27. vol. 3. authoritate patrui sui Socini senioris in confil. 58. super proposita quaſt col. 2.* an Princeps, qui gratiam seu beneficium aliquod ob eūs merita voluntate proueniens alicui concessum reuocare quandoeunque potest, possit eam illo iuramento non obſtantē reuocare, vt ibi vterque Socinus latius prosequuntur. In hac quæſtione inquiunt Doct. iuramentum ſuper actu alias libero & variabili præſtitum, illud neceſſarium & immutabile non redde te, quaſt tunc contra actus ſubtantiam præſtitum eſſe videatur, vt voluit Bart. *in dicta l. cum precario, & Barbat. in rub. de reb. eccl. non alien.* Hanc conclusio nem posuit etiam Iaf. *in l. si mihi & tibi. § in legatis, col. 3. verſi. addo fortius ff. de leg. 1.* Sed dubium non eſt, aliquem habere ſuccellorem in totum vel in parte a mero decedentis arbitrio, propterea quod in ſuo testamento quemlibet potest ad libitum iuſtue re, & in eo quandocunque variare, cum ambulat oria vſque ad mortem ſit testatoris voluntas. *I. si in iterum. ff. de adimend. legat. & l. cum hic ſtatut. §. ait Orat. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ergo ſequi ut, vt in hoc nemo legem ſibi imponere poſſit, etiam per iuramentum, quin ab eo recedere poſſit: alioquin iuramentum ſuper actu libero & variabili illum neceſſarium efficeret, & immutabilem contra natu ram & ſubtantiam actus. Verum de hoc infra *latius ſuo loco dicetur.* Quatenus vero pertinet ad rem propositam, illud ex prædictis conſequitur, vt pætum de ſuccedendo, etiam ſi accedat iuriurandum, neceſſatem imponere non dicatur, quin ab eo recedi poſſit.

## C A P. CCXLII.

## Argumentum eſt in Summario.

## S Y M M A R I V M.

*Iuramentum non opponendi nullitatem, ad eam non porrigitur, que ex defectu potestatis prouenit & iurisdictionis.*

Praeterea idem Socin. iunior *in confil. 18. num. 2. vol. 1.* inquit † iureiurando promittens nullitatem non opponere, ad eam non extēdi nullitatem, que prouenit ex defectu potestatis & iurisdictionis, vt dixit Ang. *in confil. 187. A. & B. contraxerunt, col. fin. refert & ſequitur Curt. in confil. 68. Dominus la ues de Vitali. in fin.*

## C A P. CCXLIII.

## Argumentum eſt in Summariis.

## S Y M M A R I A.

*Iuramentum non impugnandi laudum occaſione cu iuſdam legati latum, præſtitum ab eo qui legatum purum petebat, non praedictat legato conditionaliter.*

*2. Iurans non contravenire ratione minoris pretii, iuramen tum ſeruare non obligatur.*

I Terum quæſiuit Socin. iunior *in confil. 48. num. 31. vol. 1. authoritate Caſtreñis in confil. 70. viſo puncto, col. 3. in antiqua impressione:* qui concludit † iuramentum non impugnandi laudum alicuius legati cauſa ab eo latum legato conditionali non praedicare, prout voluit etiam Fulgoſ. *in confil. 277. Fi lius Guidonus, col. 3.* concludens, eum qui iurauit non contravenire ratione minoris pretii, ex quo errat in facto, iuramentum ipsum ſeruare † obligatum non eſt, vt inquit Bart. *in l. 2. C. derescin. vend.* & ideo rursus idem Socin. *in eod. confil. 48. num. 34. authoritate Socini senioris, in confil. 25. conſequendo ordinem, col. 4. vol. 4.* inquit iuramentum non impugnandi diuſionem, non ligare, quotiescumque erratur, & rursus idem Socinus iunior *in confil. 65. num. 51.* ſibi contrarius dicat, ſeruandum eſſe iuramentum non reuocandi testamentum, & ſi libera testandi facultas auferatur, prout etiā voluit Decius post Bald. *in l. pactum quod dotali, col. 1. & 2. verſi. non obſtant al legata ſupra in contrarium, C. de pact.* Iterum Socin. ſemor *in confil. 150. num. 35. vol. 1.* inquit, eum qui iurauit non petere ſucceſſionem paternam, nihilve petere de bonis paternis ex testamento, eidem patri ſuccederē non prohibeti: nec etiam pariter ex teſtamento, vbi cuncte nulli alii deſcendentis ſupertinent, vt colligatur ex iis, que dixit Bald. *in l. fin. C. de actio. & in l. pactum, verſi. tertio quando. C. de collat.* & colligatur ex iis, que dixerunt Domini de Rota, & refert Domin. à ſancto Geminiano *in cap. quamvis, depact. in 6. & Ang. in confil. 383. nu. 3.* qui inquit, ſi iu retur non mutare teſtameſtum, nec apponere clauſulam illam derogatoriā, ne ſcilet aliud teſtamentum condere impeditatur, vel ſecundo teſtamento noſeri poſſit, vt de hoc eſt tex. *in d. l. ſi qui in princ. teſtamenti. ff. de leg. 3.* & dixit Dynus *in c. mutare, dereg. iur. in 6. & ſi periurium incurrat ille, qui reuocat, vt ibid. tradunt Dynus, & ſequuntur alii: Ve rum huiusmodi periurium non adimplenti teſtandi adimere facultatem, nec ſecundum teſtamentum nullum reddere, vt dixit Specul. *in tit. de inſtru. edit. ſ. compendioſe.* prout tenuit diſputando, vt refert Bart. *in d. l. ſi qui in princ. teſtamenti, verſi. quero, quid ſi teſtator, condendi aliud teſtamentum facultatem non impedit, ergo.**

## C A P. CCXLIV.

## Argumentum eſt in Summario.

## S Y M M A R I V M.

*1. Iuramentum ſeu pactum iuratum, vel conuenio non diuidendi rem communem, de iure non ſubſtinet.*

V Oluit praeterea Alexand. *in confil. 18. num. 1. vol. 2.* † pactum vel conuenionem nunquam diuidendi rem communem, de iure non ſubſttere, vt eſt text. *in l. hoc iudicium. ſ. conueniat. ff. commun. diuid. & facit text. in l. fin. C. commun. diuid. & tradit Oldr. in confil. 240. & Bald. in confil. 72. vol. 2. & Paul. Caſtr. in confil. 107. vol. 1. & Corn. in confil. 48. vol. 3. & Soc. ſen. in confil. 278. col. pen. vol. 2. & Curt. ſen. in confil. 52. col. 2. & in confil. 68. num. 15. & Iohan. Ant. Rub. Alex. in confil. 89. inquit, quod licet ſubſtiteret talis conuenio ca ſu quo de non diuidendo ad certum & deputatum tempus ſacta eſſet, vt habetur in dicto ſ. ſi conuenierit,*

*& ip*

**I**n d. 1.6. attamen simpliciter & absolute non potest quispiam hanc legem sibi imponere, ut nunquam ad divisionem deuenire possit, quin ab ea recedere liceat: Vnde inquit arbitrari, ut etiam posse quod accelererit iuramentum non cōtrauenienti capitulo, eo tamen non obstante contravenire posse, vt habetur in d. c. fin. in gl. in verbo, reuocatus, de procurat. lib. 6. ubi inquit gl. quod si constituam procuratorem aliquem, & iureiurando eum non reuocare promittam, posse me eo iuramento non obstante reuocare, & eam reuocationem omnino sub sistere, & si ille qui iurauit, in periurium incidat, & eam gl. communiter sequuntur Dd.

## C A P. CCXLV.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

- 1 *Iurans non testificari contra aliquem, iureiurando non obstante testificari compellitur.*

**Q**Væsiuit etiam Imola, an ille qui iurauit contra quempiam testimonium non dicere, ut contra eundem non obstante illo iuramento testimonium dicat. & inquit compelli posse, in c. intimauit, num. 1. extra de testib.

## C A P. CCXLVI.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

- 1 *Iurans aliquid non facere, quod tamen in se bonum est tale iuramentum eum non ligat.*

**Q**Væsiuit etiam Abbas in c. nouit ille, num. 40. extra de iudic. + an si fortasse quispiam iurauerit aliquid non facere, quod tamen fiat bonum sit, iuramentum illud iurantem ita liget, ut illud facere non possit: & ponit exemplum in eo, qui iurauit non denunciare: & inquit illud iuramentum, quin ipse denunciare possit, non resistere. & mouetur ea ratione, quod illud iuramentum ab initio illicitum fuit, vt dixit Card. in consil. 120. in fine. per ea, qua dixit gl. in verbo, repeterent, in c. ad nostram, il secundo, extra de iureiuran. quam gl. inquit esse singularem: ipse met eodem in loco. Inquit autem Abbas in d. cap. nouit, num. 40. ideo esse illicitum, quia tendit principaliter ad correctionem peccati, non tamen ad proprium commodum & interesse, & si ille qui contra iuramentum denunciaret, in peccato esset, admitti non deberet: Quandoquidem tunc non præsumitur venire bono zelo: & ideo notabiliter inquit Archid. in d. c. si peccauerit, quod licet existes in peccato ad denunciandum non admittatur, actum tamen correctionis in eum cadere posse, cum in eo proflus iudicium rationis extinctum non sit, citius causa ad corrigerendum indignus reddebar, si fortasse maius peccatum commisisset, & minus corrigeret vellet, vt habetur apud Matthæum ibi, qui videt festucam in oculo, & in c. 1. 3. q. 7. & in d. Euangelio comprobavit secundo loco arguendo à superbia corrigentis, qui peccata sua parvipendit, & alium increpat, & notatur contra illud, quod habetur in c. 1. 3. Secundo ex eo confirmat, quod quanto maius est peccatum illius, qui corrigit, tanto maius scandalum imminere potest. c. multi. 40. distinc. & ideo concludebat Archid. eo in loco, & bene, vt

inquit Abbas, in d. c. nouit, quod licet perseuerans in peccato ad huiusmodi denunciationem non admittatur ob prædicta præmissa: si tamen de facto humiliter corrigeret, non peccare, nec sibi nouare damnationem parere.

## C A P. CCXLVII.

### A R G U M E N T U M.

Iuramentum generale quid operatur.

### S U M M A R I A.

- 1 *Iuramentum generale, quos comprehendit.*
- 2 *Persona loquens in generali sermone non comprehenditur.*
- 3 *Verbum, de facto, ad naturā contractus restringitur.*

**Q**Væsiuit præterea Abbas in c. petitio vestra, n. 4. extra de iureiur. + an iuramentum generaliter præstitum, generaliter intelligendum sit, ut habetur in c. solita, extra de maio. & obed. & in c. si Romano-rum. 19. distinct. Ad hanc questionem inquit Abbas solutionem colligi ex gl. fin. + quod scilicet in sermone loquentis persona non comprehendatur, & præsertim, quia id procedit etiam in qualibet alia persona, quæ adiuuari & promoueri debet, vt est persona propria, vt est ecclesia ipsius loquentis seu iurantis. id quod etiam intelligitur de propria patria, vt inquit gl. ex qua colligitur prima lectura, secundum quam Abbas summauit illum tex. vt scilicet promittens, seu iurans contra aliquem non venire, etiam contra illum venire non posse, nec in iudicio esse, nisi priorum negotiorum causa, vel ecclesiæ suæ, vel patriæ. In eo autem, quod de patria gl. mentionem facit, tex extendere videtur: sed satis subdit Abb. propria negotia dici posse, ex quo sunt suæ patriæ, argum. c. si nulla, & c. omni. 33. q. 8. & iuxta hanc declarationem exponit illum tex. ibi, pro specialibus vestris, scilicet iuribus. Petr. autem de Anch. magis late exponendo de perlonis coniunctis contra illum Principem interuenire possint, vt videtur tex. in c. 3. extra de postul. & in l. humanitatis. C. de excusat. tutorum. Abbas vero Antiquus sequens hunc intellectum, adhuc magis late exponit concludendo etiam atros. At Innoc. alium ponit intellectum tex. illum restringendo: inquit enim ipse, Pontificem ibi strictè iuramentum interpretari ob verba ipsa præcedentia: quandoquidem metu conspiracys inquit iuramentum illud interpositum fuisse, & ideo ad causas proprias extendendum non esse, seu Ecclesiæ: secusvero si generaliter, vt in nullo negocio esse contra ipsum ageretur, propterea quod tunc in negotiis ecclesiæ iuramentum seruare non teneretur, vt habetur in d. capitulo secundo. In propriis autem absolutionem obtinere debet, si iustus metus interuenit, vel quælibet alia iusta causa, ob quam iuramentum extortum sit, vt habetur in cap. ad aures, exira quod met. causa, vt inquit Innoc. & ex consequenti vult Innoc. vt persona loquens excepta non intelligatur, cum iuriandum generaliter præstat, ex quo extrinsecus de causa restringendi non appetat. Hæc declaratio, vt inquit Abbas Panor. prorsus præcedenti repugnat: Butrius autem eam simpliciter refert. Vnde Panor. ita distinguunt; Aut verba præcedentia & subiecta materia possunt iuriandum generaliter præstitum

interpretari, & tunc lata fiat interpretatio, vel stricta, iuxta praedicta: & ita intelligit ibidem ea, quæ inquit Innoc. in c. veniens, extra de iure iur. propterea quod præcedentia informant sequentia, & econtra per sequentia quandoque præcedentia declarantur, ut habetur in l. si seruus plurium. §. fin. & in l. qui filiabus ff. de legat. 1. & in l. nummis ff. de legat. 3. & in c. sedes, extra de rescript. & in l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo legato. & ideo si fortasse præstetur iuriurandum timenti conspirationem, quod scilicet contra eum non faciam; tunc actum non vide ri, ut in iudicio vel extra pro rebus meis vel Ecclesiæ contra eum esse possim, propterea quod iuramentum generale ad verosimiliter incogitata non extenditur. d. c. veniens, extra de iure iur. & in c. Quintauallis. eod. tit. si vero quispiam iuriurandum præstiterit non contrauenire ob id quod egeram tecum in iudicio, vnde ortæ sunt inimicitiae; & iure procedat intellectus Innoc. vt scilicet actum videatur, ut etiam in causis propriis contra te esse non possim, & hoc ideo est, quia propterea præcedentia actum esse videtur: & ideo in eo casu necessaria est absolu tio, si metus interueniat, vel alia quelibet iusta cau sa, ut inquit Innoc.

Limitat tamen hoc dictum, ut procedat eorum causa quæ inter eos acciderant, & agenda erant ex præterito: respetu autem eorum, quæ nouiter acciderent, putat iuriurandum, cum sit generale, iurantem non obligare, argumento eorum, quæ no nantur in cap. cum inter, extra de renunciatio. & tradit Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & in l. quero. §. inter locatore. ff. locati, & facit tex. in l. si vnu. §. illud. ff. de pact. quandoquidem in huiusmodi generali iuramento intelligitur illa conditio, si res in eodem statu permaneserit, ut habetur in c. quemadmodum, extra de iure iur. Si vero res sit dubia, vtputa quia de præcedentibus non appetat, vel poslunt ad ultra mque partem accommodari, & tunc quia casus est dubius credit præcedentem interpretationem faciendam esse. Rationem autem duplicem esse censet. Prima est, quia in dubio quis præsumi non debet ius suum negligere velle; esset namque quedam donatio, quam iura in dubio non præsumunt. l. cum de indebito ff. de probatio. & c. super hoc, extra de renunciatio. & facit illud, quod notat gl. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & facit etiam optime tex. cum gl. in au then. si quando. C. de constitut. pecun. & in l. qui insulam. §. fin. ff. locati. secundam autem rationem eam esse inquit, quia in dubio interpretatio contra stipulantem facienda est l. quicquid adstringenda. ff. de verb. oblig. & est etiam tex. in l. contra eum, de reg. iur. lib. 6. prout etiam in simili dicimus de eo, qui promisit emptorem defendere de iure & de facto contra omnem personam: quandoquidem illud verbum, de 3 facto, ad naturam contractus restringitur, ut notatur in l. si. C. de actio. empt. & tradit Bart. in l. stipulatio ista, in princ. ff. de verb. oblig. & ita limitat prædicta omnia. Subdit tamen Panorm. in hoc non probare opinionem Petri, & Abba. Antiqui, ut etiam coniunctorum cause comprehendantur & amicorum, propterea quod tunc nimis restingeretur iuriurandum: sed illæ cause duntaxat, quæ verosimiliter includi iuramento videntur generali, vtputa quia ad eas iurans affectionem habet vti ad proprias, argumen to l. i. C. quæ respignor. oblig. poss. & c. veniens, & c. Quintauallis, extra de iure iur. & ideo ita declarando

speciales dici possunt, ut tex. exigere videtur. Posse tamen aliquam personæ aliqua maxima cognitione vel amicitia coniunctam esse, & tunc illorum causæ tali iuramento non comprehendenderentur, ut in simili notatur in c. non nulli, & in c. ex parte decani, extra de rescript. & l. sed & ha. ff. de procur. & l. exigendi. C. eod. extra de iure iur.

## C A P. CC XLVIII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

- Iurans testamentum factum non reuocare, an non obstante tali iuramento illud reuocare possit.

**Q** Væsiuit vltterius Alex. tan si se cero testamen tum, & deinde iure iurando illud non reuocare promittam, an tali iuramento non obstante, illud reuocare possim: & si reuocando incidam in periurium? & respondendo huic dubitationi, inquit esse magis communiter, ut mutare possim receptum, ut notauit Ioan. Andt. in d. c. quod semel, de reg. iur. in 6. in mercuria. & Oldr. in consil. 160. Thematiale est. Titius solempne. & notat gl. in c. vltima voluntas. 4. q. 2. & iterum Ioan. Andt. in addit. ad Specul. in §. compendiose, versic. quid si quis, in tit. de instrum. edit. & in alia additione ad Specul. incipiente, in vlt. colum. C. de sacro sanct. eccles. post Cynum ibidem. & Bal. in auth sacramenta puberum, colum. penult. C. si aduers. rendit. & iterum Bal. in auth hoc inter liberos. C. de testam. vbi etiam Ang. & Salie. in l. sancinius. quest. 8. C. de testam, & Imola in c. dilecto. extra de præben. & in c. cum contingat, in l. membro, extra de iure iur. vbi pluribus ostendit hanc de iure veriore esse opinionem: & si Bart. in d. l. si quis in principio testamenti ff. de leg. 3. & in d. l. si pulatio hoc modo concepta per illum tex. ff. de verb. oblig. & in l. cum duobus. §. idem respondit, il. ff. pro socio. & iterum Bal. in cap. 1. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram firman. & rursus Bal. in additione ad Speculum, in tit. de instrumen. edit. colum. 6. in fin. in versic. an testamentum tenerit, quod imo ipse reuocans periurus non efficiatur. hanc præterea conclusionem sequitur Curt. sen. in consil. 52. num. 12. Imola in c. cum contingat, extra de iure iur. & Felin. in c. in præsentia, n. 9. extra de probat. & Anton. Petru. in l. i. num. 316. qui tenet tale iuramentum non subsistere tam ob id quod est contra bonos mores, quam quia induceret votum captandæ mortis.

## C A P. CC XLIX.

Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A.

- Iurans non contrauenire donationi, an postea iuramento non obstante possit illud plus repeteret, quod excedit insinuationem.
- Mulieri ius ignorare licet.

**Q** Væsitum etiam aliquando fuit, ut inquit Calderinus in consil. 2. sub tit. de iure iur. tan do nans non interueniente insinuatione, vel contra summam excedentem insinuationem non contrauenire, deinde non obstante iuramento contrauenire possit, vel eam petere possit. In hac dubitacione Calderinus eodem in loco ita distinguunt. Aut enim inquit ipse, quis iurat omnia cetera in instrumento

mento seruare expresse abiurando legibus de insinuatione loquentibus, & tunc deinde si agere velit, non audietur iureiurando repugnante, ut habetur in c. cum contingat, extra de iureiur. & c. 2. de pact. lib. 6. & c. significante, extra de pignor. & c. quamvis, de pact. lib. 6. Aut vero expresse renunciauit praedictis legibus, sed donatio generaliter facta fuit, sed non insinuata, & iuratum ei non contrauenire: & tunc tale iuramentum donationem sine insinuatione factam non includere ob id quod huiusmodi casum complecti non videatur, ex quo iurans generaliter in omni causa iuris ordinem obseruare, non includit causas in quibus iuris ordo obseruari, ut habetur in c. ad nostram, il 3. extra de iureiur. facit tex. in c. veniens, extra eod. tit. Nec quidem verosimile est, vt in eo casu ob iuramenti interuentum se obligare voluerit, & iuri suo praejudicare mulier, de quo certa reddita non sit, † cū ei ius ignorare liceat. l. constitutum. C. de iur. & facti ignor. & optime facit ad hoc illud, quod notatur in c. penult. in fi. vlt. gl. extra de emptio. & vendit. & Cynus in l. 2. in 2. quest. C. derescind. vendit. Comprobatur præterea dicta ratio ex iis, quæ notantur ad prædictam rationem in c. fin. extra de eccles. ad iust. & in c. petitio, extra de iureiur. & in c. predecessor, in gl. fin. ii. quest. 3. & in c. illud, in gl. i. 31. quest. & in c. quod si quis. 35 quest. 9. in glof. 2. ac etiam ex iis, quæ notat Ioan. Andr. in c. cum haberet, super gl. iuramentum, in tit. de eo, qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. & optime etiam facit illud, quod notatur in c. unico, extra de commodato. dum ibi dicitur, generalem renunciationem casuum iuramento firmatam, obligatoriam non esse hac eadem ratione, propterea quod iuslendum non obligat ultra iurantis intentionem. Verum, vt dixit Panorm. in d. loco, si de dictis legibus mentio non sit, merito eis renunciare non videtur, etiam quod ipsis alioquin renunciare posset.

## C A P. CCL.

### Argumentum est in Summario.

#### S V M M A R I V M.

1. Iurans non contrauenire, nisi facta pace, si facta tregua contraueniat, an incidat in pœnam periurii vel excommunicationis.

**Q**uestiuit Abbas in c. significauit, num. 3. extra de lude. & Sarace. num. 3. in gl. in verbo, excommuni. in fine. † an si quis iurauerit non afferre merces ad infideles, nisi facta pace, vel ire in aliquem locum facta tantum tregua exportauerit vel iuerit, an dicatur incidisse in pœnam excommunicationis & periurii, nec ne? Et inquit gl. velle, quod tempore pacis licitum sit merces deferre etiam prohibitas ad infideles, ut sentit gl. in fi. At contrarium innueire Innoc. in c. sequenti. & id putat verius Abbas eodem in loco, referens se ad ea, quæ ibidem notat. Subdit tamen colligi vnum intellectum ad illum tex. quod iurans non ire nisi facta pace, si inita tregua iuerit, in pœnam excommunicationis & periurii incidere, & clatius colligitur ex c. sequenti: vbi si excommunicatio durante bello promulgatur, si post bellū fiat tregua, adhuc in prædictam pœnam incidere arbitratur: secus vero si apponant conditionem pacis, aut treguae, ut colligi videtur ex verbis Papæ, dum dicitur, illam conditionem de tregua &

pace habendam, &c. & ideo si vadit post treguam, non incidit in periurium, ex quo purificata est altera pars alternativa, sed incidit in excommunicationem, quia adhuc non est inita pax: & ideo inquit tex. in fine excommunicationis mentionem facere, ut ibi latius per eum.

## C A P. CCLI.

### Argumentum est in Summario.

#### S V M M A R I V M.

1. Iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri ob enormem laesionem, an ratione enormissima petere possit.

**P**ariter etiam Calderinit in consil. 2. num. 1. in tit. de arbitr. querit, † an iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri ratione enormis laesionis, possit saltem ratione enormissimæ petere? Et inquit posse, propterea quod in iure datur enormis, enormior & enormissima laesio: & ideo de uno ad aliud non infertur, propterea quod cum sint separatae, non fit bona illatio. l. vbi autem ff. de verb. oblig. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & tradit Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. ut ibidem ipselatus prosequitur. & tradit Ias. in l. qui iurato, num. 3. ff. qui satisd. cogan. & inquit facere illum text. secundum Bart. & alios, vt si quis iuret non petere reductionem ad arbitrium boni viri, à laudo arbitri vel arbitratoris, intelligitur nisi enormiter sit laesus. l. si libertus iurauerit ff. de oper. liber. & c. Quinta uallis, vbi Canonista, extra de iureiur. & idem tenet Bal. in l. si societatem. §. arbitrorum, col. fin. ff. pro socio. & facit illud, quod voluit Bart. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. & Rom. in rub. ff. de arbit. num. 9. & 10. & Oldr. in consil. 156. primum, de quo queritur.

## C A P. CCLII.

### Argumentum est in Summariis.

#### S V M M A R I A.

1. Iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, an à reductione repellatur.

2. Bonus & malus quis eodem tempore esse non potest.

**Q**uerit præterea idem Calderinus in consil. 8. in tit. de iureiur. † an iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, ab ipsa reductione omnino repellatur? In hac controvèrsia Calderinus ita distinguit: Aut enim, inquit ipse, generaliter quispiam iurat stare dicto arbitratoris, & ex consequenti non petere reductionem ad arbitrium boni viri, & tunc eo iuramento non obstante reductio peti potest, vt notat Innoc. in c. Quinta uallis, extra de iureiur. vbi est tex. & in c. veniens, eodem tit. & idem voluerunt Hostien. & Specul. in §. 1. in tit. de arbitr. in ver. sed pone. & in §. fina. versic. item quid si compromissum. vbi pariter idem voluit Hostiens. extra de pœnitent. inquiens in hoc casu eam petere non posse, & idem dixit Dynus in c. scienti. de reg. iur. lib. 6. Aut vero specialiter iurat reductionem nō petere, & stare arbitramento quantūcunq; inique proferatur, & quomodo cunq; damnum magnum, aut paruum inferatur, & in hoc casu Hostien. in d. c. Quinta uallis, inquit seruatūdum esse, Abb. in c. Quinta uallis, num. 31. extra de iureiur. dum inquit iuramentum non adstringere eum, qui iurauit, stare dicto arbitratoris. & ratio est, quia tale iuramentum non adstringit eum ad paren-

parendum quoque redactum ad arbitrium boni viri, ut ibidem ipsemet latius prosequitur. Id autem limitatur in casu, in quo aliquid contra Deum laudaretur, & si fortasse iudex ex æquitate iniquitatem occurrere possit, si concurrent circumstantiae loci, causæ, & temporis, ac personarum qualitates. c. fin. extra de transactio. utputa si arbitrium ex dolo, vel arbitrorum proposito aut odio vel gratia aut per fôrdes iniquum sit. In eo enim casu iuramento non obstante reductio ad arbitrium boni viri peti potest, etiam quod in eo casu specialiter præstitum sit. Probatur autem hoc, ut ipse inquit, ex eo quod iuramentum de actu præstitum est, quo quis ad delinquendum habilis sit, & inuitatur, ac etiam contra id, quod est iuris publici publicamque respicit utilitatem, has rationes prosequitur Dynus in d. cap. scienti. Ad illud autem, quod ultimo loco diximus, satis est, si adducatur tex. in d. c. si diligenti, extra deforfo compet. Vbi loquitur de iuramento præstito contra publicā utilitatem. Probatur autem illud, quod diximus specialiter hunc in modum. Vbicunq; expressi & taciti eadē est ratio generis & speciei idem ius in utroque esse debet. De primo patet in c. cum M. Ferrariensis, extra de constitutio. & in c. 2. infi. extra de rescript. De secundo autem habetur in c. quam. 23. distinct. & in c. si non licet. 24. q. 5. & in c. relatum, il 2. extra de testamen. Sed in generali iuramento non petendi reductionem præstito, vt inquit Calderinus in consil. 1. in tit. de arbitr. colum. 2. in princ. omnes conuenerunt, vt eo non obstante reductio ad arbitrium boni viri peti possit, ita vt de absolutione à iuramento querendum non sit. I. si libertus. ff. de oper. libert. & l. 3. C. de dot. promiss. prout ibidem voluerunt Hostien. & Guliel. ad Specul. in tit. de arbitr. §. si. vers. item quid si compromisi. Præterea quod in hoc casu poena non committatur, voluit Hostiens. in d. cap. Quintauallis, & Dynus, ut supra diximus, in d. c. scienti, de reg. iur. in 6. Sed in casu, in quo iuratur stari omni definitioni & laudo ipsorum arbitrorum seu arbitratorum, etiam quod inique arbitrentur, vel inique damnum intulerint alicui partium; ergo magis dubitabile videtur, an iusurandum ita specialiter præstitum repugnet. In hac conclusione Hostiens. in d. cap. Quintauallis, inquit prædictum iuratum cum aliquid contra Deum iuratum est, seruandum esse, & si ipse iudex ex æquitate multis attentis circumstantiis, vt diximus, aliter fortasse laudauerit. Eadem quoque est ratio de eo qui usuras solvere iureiurando promisit, quas deinde repetit, ne huiusmodi iuramento detur materia delinquendi. c. debitores, extra de iureiurando. Nam posito etiam ut non repeteret iurasset, posset tamen Ecclesiæ eadem ratione denunciare, vt notatur in c. ad nostram, il 2. extra eodem tit. His statibus, inquit cessare illud, quod dicitur iuramentum de solviendis usuris præstitum seruandum esse, in d. c. debitores, quia usuras remittere, vel soluere, regulariter peccatum non est, vt notant Dd. in c. super eo, extra de usur. Nec talis promissio alteri saltem parato ad usuras mutuare dat viam amplius delinquendi; sed hoc iuramentum si diceretur extendi ad casus prædictos, videlicet quando dolose ex proposito vel gratia vel per fôrdes arbitrium ferretur, utiq; quin omnino præstet materiam delinquendi, negari non potest, nec etiam pactum, in quo fundatur iusurandum, de quo loquitur tex. in c. quamvis, de pact. lib. 6. non est con-

trabonos mores ex eo, quod contentum est, vt filia doti sibi datae acquiescat, nec ad bona paterna regressum habeat: sed quo ad illud de quo est quæstio, non dicitur, contra bonos mores, nec in alterius præiudicium respectu animæ salutis, sine dubio redundare videtur, cum huiusmodi iuramentum obligatorium non sit, vt expresse habetur in d. c. quamvis, & in d. c. cum contingat, extra de iureiuran. Item aperte id inferunt prædicta verba iuramenti, dum dicitur, standum etiam iniqua declarationi, & ideo est contra id quod est summum in rebus bonum, vt habetur in c. cum deuotissimam. 12. quest. 2. ergo ex eorum forma apparet huiusmodi iuramentum contra bonos mores extitisse præstitumque fuisse. Præterea arguendo à verbis c. ad audientiam, & c. 2. 31. distinct. vt dicitur in compromisso eligi solent in arbitratores amici communis & boni viri: quæ quidem verba expresse eorum iniquitatem excludunt, secundum quam nec communis amici, nec boni viri dici possunt: Vnde sequitur vt ex mente & verbis contentum est, vt eorum arbitrio uti bonorum virorum stetur, & ex consequenti si inique arbitrentur, res ad arbitrium boni viri reducatur, vt ex prædictis iuribus apparet: si vero dicatur verba etiam compromisso id inferre, cum dicant, standum etiam esse iniqua definitioni. & laudo, &c. nam nulli dubium est, quin ex prædictis verbis contrarietas oriatur repugnantibus illis verbis, in bonos viros & communis amicos: & ideo oportet alteram partem eligendam esse, sed constat man. feste alteram esse in honestam, iniustam, illicitam & iniquam: ergo repellenda, vt omnia iura clamant. In dubio præterea est parti secuiori & honestiori fauendum. c. estote, cum similibus, extra de regulis iuris. Nec quidem negari potest, quin prædicta verba simul iuncta rem dubiam reddant. Præterea, vt supra diximus, præsupponitur compromissum esse in bonos viros: & ideo si inique arbitrentur aut dolose vel odio aut gratia aut per fôrdes, utique eos se uti bonos viros non gessisseclarum est, cap. qui recte 12. quæstio. 3. & cap. 4. quæst. 7. & facit tex. in cap. 1. extra de iudic. lib. 6. Quandoquidem bonus † & malus eodem tempore quis esse non potest, c. cum renuntiatur. 32. quæst. 2. cum similibus. & ideo inde consequitur, vt de verbis & mente compromitentium, tali laudo sic inique lato stari necesse non sit, & ideo iuramentum non obstat petenti reductionem ad arbitrium boni viri: quandoquidem si talis fuisse mens & intentio contrahentium, vt ita & ad hoc fuisse præstitum tale iuramentum, & ex consequenti tres illos comites non habuissent, qui in iuramento licto requiruntur, de quibus habetur in c. & iurabunt, extra de iureiurando. & in c. & si Christus. sed diceretur temerarium: & ideo non obligaret, c. non est. 22. quæstio. 3. & ideo licitum est d. c. ad nostram, extra de iureiurando. cum similibus.

## C A P. CCLIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Dolus in libello si exprimatur, an satis sit.

**A**D perfectionem prædictorum quæsivit eodem loco Gaspar Calderinus, † an satis sit in libello dolum vel metum absque alia probatione expri-

exprimere? Et inquit clarum esse non sufficere, propterea quod ut obtineat relaxationem ipsius iuramenti prius cause predictæ fidem facere teneatur, ob quam illam reductionem petit; alioquin factis absurdum esset, ut illud consequatur non facta fide cause, propter quam illud petit, ut dixit Innoc. in c. ad aures, extra quod met. causa. & sufficit haec remissio.

## C A P. CCLIII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

- 1 Libello eodem peti potest, quod quis relaxetur à iuramento, & in primis expediatur.

**A**ccedit præterea supradictis illa dubitatio. An illa duo in eodem libello peti possint, ac etiam quod relaxatio à iuramento primum expediatur? Huius autem dicti ratio ex eo colligitur, quod talis relaxatio ex causa facta seu concessa his casibus præcedere debet petitionem: & ideo cum nulla repugnativa præcedat, sed debitus ordo seruetur, ut notatur in d.c. debitores, in fine, secundæ gl. & facit tex. in c. tua, extra de vñs. & facit illud, quod notat Ioan. Andr. in c. non solum, extra de appellatio. super vers. ante omnia, lib. 6. cum aliis concordantibus.

## C A P. CCLV.

Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A.

- 1 Iurans bona ecclesia non alienare, si deinde alienet, an periurus dicatur.
- 2 Alienare prohibitus ad centum annos, locare non prohibetur.

**D**E hac conclusione querens Calder. in consil. it. num. 1. in eodem tit. de iure iurian. inquit † aliud esse iurare simpliciter non alienare, aliud non alienare Romano Pontifice inconsulto: Nam primum iuramentum illicitam tantum excludit alienationem: secundum vero quamcunque alienationem, ut notat Ioan. Andr. in c. fina. extra de eccles. adi. Huiusmodi tamen iuramentum in fructuum alienatione limitatur: & ideo ibidem inquit Ioan. Andr. posse eum qui iurauit fructus pro decem vel virginianis vendere, ut est tex. in l. penultima. §. queritur. ff. de legat. 2. Nec inquit obstat tex. in l. fin. C. de rebus alien. non alienan. propterea quod ibidem rem alienauit, in hoc autem casu fructus seu pensionem. Vnde inquit ibidem Accursius, quod prohibitus alienare ad centum annos, locate † nō prolibetur, ut refert etiam gl. in clemen. i. de rebus eccles. non alienan. Ea tamen gl. contrarium innuere videtur, & sequitur ibidem Stephan. expreſſe de locatione loquens ad longum tempus: securus vero dicendum videatur de locatione ad modicum tempus: nam tunc fortasse Accursii dictum verum erit, attenta significacione verbi alienatione rei, cum huiusmodi contractu dominium directum non transferatur, & si vtile proculdubio transferri contingat, ut notatur in l. i. §. quod autem. ff. de superficiebus. & in l. finali. ff. si ager rectigal. vel emphateat. petat. Verum in hac materia prohibitionis alienationis rerum ecclesiæ tale verbum latius sumitur, ut habetur in c. in summa, 12. questio. 2. Id autem dicitur propter expressam legis

prohibitionem, ut habetur in c. nonnulli, extra de rebus eccles. non alienan. & ideo voluit illa glos. In hoc igitur casu substineri posse videtur illa conclusio, quod in petiūrū, non incidat ille, qui locat ad centum annos, si simpliciter non alienare iurauerit, vel etiam Romano Pontifice inconsulto, & si sub pena legis prohibitione comprehendatur, ut habetur in d. cap. nulli, & in clem. i. eod. tit. Et ideo consuluit Feder. de Senis in consil. 204. ut episcopus, qui iurauit nō alienare, rem tamen patuam & modici momentia alienare possit, & præsertim si ob tales alienationem ecclesia melioris fiat conditionis, per ea, quæ notatur in c. ut super, extra de rebus eccles. non alien. & ratio est, quia iuramentum ad possessiones minus vtiles non extenditur, ut habetur in c. terrulas, 12. quest. 2. & ita declarat Gaspar Calderinus & addit etiā Dominicus à sancto Geminiano, qui inquit pulchram fuisse illam considerationem, & dicit eam fortasse procedere posse in aliis alienare, prohibitis bona ecclesiæ, non autem in clericis. Nam iuramentum præstitum à clero non alienandi intelligendum est, ut iurauit non alienare, prout tale verbum intelligit, & declarat, ut comprehendat etiam locationem, ut habetur in d. §. nulli, & in d. clemen. i. ergo etiam de contractu locationis intelligendum est: quandoquidem cum iuramentum præstatur super materia à iure declarata vel interpretata, in dubio intelligendum est, eum iurare ut ius illud interpretatur, ut habetur in c. i. de iure iurian. lib. 6. & ideo prælatus iurans non alienare, intelligitur iurare iuxta iuris interpretationem. Sed sic est, quod ius prohibet locationem ad longum tempus, ergo de illa etiam intelligendum videtur. Ad illud tamen Federici dictum respondet Calder. eo in loco, quod iuxta unam opinionem terrulae possunt alienari absque illa iuris solemnitate à iure requisita in aliis alienationibus, ut notatur in d. cap. terrulas. Ergo iuramentum præstitum, cum sit interpretandum secundum iuris dispositionem, ut ad illas non extendatur dicendum est. Abbas vero in cap. super, numero 15. extra de bonis eccles. non alienan. querit, an Archid. qui iurauit non alienare, possit utilitatis causa? & inquit posse, ut notatur in c. fin. extra de eccles. adi. & in capitulo secundo. extra de senten. excommunic. & ideo Abbas ibidem ita distinguit: Aut res est modica, seu modice utilitatis, & tunc sub iuramento de non alienando, non includitur. & ratio est superiorem velle illum ea querere, cum dubium verosimile non sit, superiorem velle illum illaqueare illis modicis, ex quo illa modica excepta sunt ab omni solemnitate, vel iuris dispositio- ne, ut habetur in d. cap. terrulas. 12. quest. 2. Iuramentum ergo simpliciter præstitum secundum subiectam materiam intelligendum est. & facit ad hoc illud, quod notat Innocen. in c. per tuas, extra de arbitr. Præterea iuramentum est stricti juris, & ideo restringendum est, argumento cap. penultimi, extra de iure iurian. & id inquit Abbas ibidem esse semper notandum, quia reperit Federicum de Senis idem sentire in consilio 204. Nam hodie prælati communiter iurant non alienare inconsulto Pontifice. & ideo text. in dicto cap. ut super, intelligendum esse ut non obstante iuramento, alienare possit, & ita procedat expositio Gofred. Aut vero res non est modica: & tunc Abbas ibidem iterum distinguit modum iurandi: Nam aut iurauit non alienare simpli-

simpliciter, aut vero non alienare inconsulto Pontifice, aut non alienare sine licentia superioris. Unde redeundo ad rem nostram, si iurauit simpliciter, & tunc arbitratur, ut in casu utilitatis ecclesiæ alienare possit, cum in casu necessitatis tale iuramentum non obliget, ut habetur in d. c. si extra de eccles. edific. ergo pariter nec in casu utilitatis, cum necessitatibus & utilitas aequiparentur, ut notatur in cap. in summa. 12. q. 2. & tradit Innoc. in c. cum omnes, extra de constitut. & Oldrad. in consil. 97. Refertur igitur illud iuramentum ad illicitam alienationem, ut scilicet metu iuramenti prælatus faciliter ab alienatione illicita se abstineat, cum regulariter à iure alienatio prohibeat, ut habetur in c. si quis, & in c. nulli, extra de rebus eccles. non alienan. & iuramentum est stricti iuris, & debet intelligi secundum iuris dispositio-  
nē, ut scilicet illicite non alienet, ut iura disponunt: & ita inquit intelligere secundo modo in d. c. ut super, extra de rebus eccles. non alien. ut scilicet possessio-  
nes illæ exiguae essent aestimationis & praesertim si cum aliis comparantur: si vero iuratum sit iuxta se-  
cundam formam, & tunc veriorem putat opinionem Innoc. ut scilicet ex gratia id illi prælato con-  
cessum fuerit, propterea quod etiam licita aliena-  
tio inconsulto Pontifice fieri non poterat, ut in-  
nuunt illa verba in c. aduersus, extra de immunitate ec-  
cles. ut colligitur ex c. si extra de eccles. edific. si vero iu-  
ratum sit secundum tertiam formam, ut puta non  
alienare sine licentia: & idem dicendum est, ut supra  
diximus. Nam de alienatione illicita intelligi non  
potest, cum illa etiam cum licentia superioris fieri  
non possit, ut ibidem latius ipse prosequitur.

## C A P. CCLVI.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Iurans nunquam præstare aliquod iuramentum, an  
excusat ita ut iurare non teneatur.

Væsiuit præterea Alber. à Rosate in l. cum &  
iudices. C. de iuramen. calum. num. 30. † an si quis  
iurauerit nunquam præstare aliquod iuramentum,  
ab eo excusat? In hac dubitatione Alber. in l. cum  
& iudices. num. 30. C. de iuramen. calum. inquit Odofr.  
Cynum & alios, ut non excusat tenuisse, & mo-  
uetur ex eo quod tale iuramentum illicitum fue-  
rit, & ideo seruandum non sit, ut habetur in Authen.  
scenicas non solum, & c. vltra princ. & ibidem hoc notat:  
& hanc conclusionem comprobavit ex eo, quod quis  
in iure aduersario se ab huiusmodi iuramento exci-  
pere non potest, argum. l. non distinguens. §. fin. & l.  
seq. ff. de arbitr. & de hoc videtur text. in c. non est obli-  
gatorium, cum ibi notatis, extra de reg. iur. & ita sentit  
Specul. in tit. de iuramento calum. sed loquitur de iu-  
ramento caluniae. & hoc idem tenet Ias. in l. qui  
iurato, num. 10. ff. qui satisda. cognit. & facit tex. in c. inti-  
mauit, & in c. constitutus. extra de testibus. & Specul.  
in titulo de teste. §. testimoniū compulsione, versic. quid si quis  
iurauit.

## C A P. CCLVII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Iurans non facere aliquod officium communie potest  
cogit. Potestate, non obstante tali iuramento.

Væsiuit præterea Alberic. in l. Imperatores, in  
princ. num. 2. ff. de decurio. & eorum filii, notan-  
dum esse ex eo tex. † contra illos, qui iurant se nun-  
quam facturum officium aliquod communis seu  
ciuitatis suæ: nam eo iuramento non obstante po-  
test cogi talia officia suscipere, & Potestate super  
tali iuramento dispensare posse, & gratiam facere,  
ut ibidem inquit Guido de Suz. subdit tamen, ta-  
lem dispensationem ad Imperatorem pertinere di-  
cendum videri, ut ibi dicitur, & de hoc refert se ad  
ea, quæ notauit Archid. in c. 1. 85. distinct.

## C A P. CCLVIII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Iurante aliquo non petere absolutionem à iuramen-  
to, via denunciationis Euanglica locum non habet.

Væsiuit etiam Curt. senior in consil. 43. num. 21.  
† an quando iuratur ab aliquo absolutionem  
à iuramento non petere, via de nunciationis Euan-  
gelica locum haheat. & inquit locum non habere,  
ut concludit P. norm. in d. c. cum contingat, extra de  
iure iurant. ac etiam in sua disputatione, de qua tradit  
infra in apostolis, in ultimo casu. quæ quidem nullo  
modo tollitur. cap. ad audientiam, extra de iure iurant.  
eam namque solummodo ob proximi salutem ex-  
periri contingit, & ideo iudicialis non competit ob  
ipsum iuriurandum, ut dixit Hostien. in d. c. quemad-  
modum, extra de iure iurant. & idem inquit Anton.  
à Butrio, Panorm. & Imola in c. 1. in eodem tit. Ra-  
tio autem est, quia conuentio peccati causa locum  
non habeat, cum scienti & volenti nullus dolus in-  
fertur. Et dubium non est, cum promissio ex se ipsa  
non subsistit, absolutionem concedendam esse.

## C A P. CCLIX.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Venditio prima si iure iurando confirmata sit, & se-  
cunda siat cum rei traditione, cui nam standum  
sit, videlicet prima, vel secunda.

Addidit prædictis dubitationibus, seu quæstio-  
nibus, August. Berous in consil. 4. num. 55. vol. I.  
quid dicendum sit, † si prima venditio facta sit, & i  
iure iurando confirmata, & ei deinde secunda cum  
rei traditione accesserit: cuinam prædictatum ven-  
ditionum standum sit? In huiusmodi altercatione  
inquit ibidem Berous, secundam præualare, & ei  
standum esse. Ratio autem est, quia secunda cum  
rei traditione, secunda retocata censemur, cum re-  
uocari potuerit. Per primam namque primo em-  
ptori solummodo ius ad rem acquisitum fuit, non  
autem in rem: & ideo prædicto iuramento non ob-  
stante ius illud ad rem reuocari, ut ibidem ipse latius.

## C A P. CCLX.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Iuratum si sit non contravenire aliqua ratione vel  
causa, an tali iuramento non obstante possit in ali-  
quo casu quispam contravenire.

Rursus

**R**erius Augustinus Berous in consil. 22. num. 55. vol. 2. querit, quid dicendum sit, † si quispiam fortasse iureiurando non contrauenire aliqua ratione vel causa promiserit, an eo iureiurando non obstante in aliquo casu contrauenire possit? & in ea dubitatione inquit, quod licet Bar. & Doct. magis communiter in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & in l. 2. C. derescind. vend. voluerint, vt si minor ita iurauerit, contrauenire non possit, cum contractus est in ualidus ratione ætatis, aliaue ratione, eorum tamen conclusionem tunc etiam locum habere posse, si vltra ætatis impedimentum aliud quoq; impedimentum cōcurrat, quod tamen contractum nullum non redderet, sed annullandum, vt est in casu gl. d. l. 2. & in d. c. cum dilecti, & in d. c. cum causam, quæ vere & proprie in hoc casu loquuntur: quando autem vltra ætatis impedimentum aliud quoq; concurret, quod contractum nullum ipso iure redderet, vt est cum testator prohibet alienationem & presertim dupliciter. Nam tunc secus es- set, vt ex prædictis manifeste apparet; loquitur enim Berous in diuisione f. cta cōtra prohibitionem testatoris: quæ vt ibidem, num. 49. inquit Berous, in versic. non obstat tertium fundamentum, dum ibidem primo loco per viam obiectionis vult, quod si minor iuret non contrauenire, solum iuramentum legis prohibitionem remoueat & suppleat ætatis remedium, cum efficiat vt minor pro maiore habeatur, vt habetur in d. auth. sacramenta puberum, non autem excludit prohibitionem alienationis, nisi iuretur non contraueniri ratione minoris ætatis, vel aliqua alia ratione vel causa, vt voluit Bart. in d. auth. versic. tamen ad vnum. vt latius ibidem ipse prosequitur. Hanc eandem conclusionem aliter quoq; ibidem declarando inquit, illud esse animaduertendum, quod aut minor expresse iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, vel illa alia ratione vel causa: & tunc subsistat, & locum habeat illud, quod dixit Bart. & sequuti sunt alii: quandoquidem cum minorem ætatem expresserit & addit etiā illa verba, Nec aliqua ratione vel causa, satis de intentione iurantis constare dicendum est, vt voluerit omnem contraueniendi viam seu modum remouere etiam ratione alterius impedimenti vltra ætatis impedimentum, vt illa verba, aliqua ratione vel causa, aliquid operentur, vt habetur in l. si quando ff. de legat.

1. Aut vero iurauit simpliciter non contrauenire aliqua ratione vel causa, nō exprimendo minorem ætatem, siue eius causam, & tunc huiusmodi iuriandum solum tollit impedimentum minoris ætatis, cum de ea præcise nihil expressum sit, vt ibidem latius ipse prosequitur. Vnde ex prædictis ad tres casus inferri posse videtur, in quibus iuramentum nihil operatur, & virus in quo operatur, vt latius tradit Berous, num. 56. & num. 60. cum aliis, & ideo ibidem, num. 59. inquit, quod si prælatus super alienatione rerum ecclesiæ iuramentum interposuerit, & per illud promiserit non contrauenire aliqua ratione vel causa, quod licet ipse contrauenire non possit interesse sui causa & ratione, propriæ utilitatis & commodi, potest tamen contrauenire ratione & causa interest & utilitatis ecclesiæ, vt dixit Bald. in c. 2. colum. fin. extra de iureiuran. & Alex. in l. qui Roma. §. duofratres, colum. 42. versic. fin. ff. de verb. oblig. & est notabilis glos. in c. si quis, vbi tradit etiam Abbas, extra de rebus eccles. non alienan. & in c. 1. in vers. contractum,

de restitutio. in integr. lib. 6. & late tradit Francis. Beccius in consil. 108. num. 1. cum seq.

## C A P. CCLXI.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

1. Iurans nunquam accipere dignitatem episcopalem, an eam non obstante iuramento accipere possit.

**Q**Væsiuit etiam Albericus in d. l. Imperatores, n. 4. ad municip. † si quispiam iurauerit, se nunquam episcopalem dignitatē accepturum, an eam accipere possit, non obstante iuramento. de hac quæstione Albericus se refert ad ea, quæ late nō tantur in c. 1. 85. distinct.

## C A P. CCLXII.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

1. Iurans se nunquam testimonium dicturum, an ad testificandum compelli possit.

**Q**Væsiuit Ias. in l. qui iurato, num. 10. §. si quis cauit. ff. qui satiſl. cogant. vt ibi latius per eum, idem Alber. in d. l. Imperatores, num. 4. ff. de decurio. & eorum fil. † si quis fortasse iuret se nunquam testimonium redditurum, an ad testificandum compelli possit, tradit Abbas in c. constitutus, extra de testib. vt ibi late tradit, & procedit tam in criminalibus, quam in civilibus & inquit ibidem Alber. compelli posse, vt habetur in c. intimabit, & in c. constitutus, extra de testib. & in quæstio. Bart. quæst. 10. & tradit Specul. in tit. de testib. §. ad testimoniū compulsionem, versic. quid si quis iuramento. & subdit ibidem Alber. de hoc late dixisse in l. si quando. C. de testib. & iterum tradit Alberic. in rub. de testib. num. 6. & Ioan. Andr. in c. cum C. laicus, num. 1. extra de iudic. inquit Bart. tenere, vt ille qui iurauit pro nullo fideiubere, si fideiussor, pro quo prius fideiussor libros redimat, & debitum soluat, non est periurus cum non fideiussor, si se liberauerit: & ideo quæstio non erat dubia. & Laur. & Archidia. in c. non est. 22. q. 1. & Ioan. Andr. in d. c. cum C. laicus, & Lapis & Oldr. in consil. 89. & tradit late Imola in c. cum quidam. num. 6. extra de iureiur. & tradit Marfil. in rub. de fideiussorib. num. 236. vbi videas, quia tradit late.

## C A P. CCLXIII.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

1. Iurans se nunquam iuraturum, an ad iurandum compelli possit.

**I**terum querit idem Alber. † si quis fortasse iureiurando promiserit, se nunquam iuraturum, an in causa de calumnia iurare cogi possit? & inquit in d. l. Imperatores, num. 4. versic. quid si quis iurauit, prout voluit etiam Specul. in §. supereft videre, versic. secundo & nota, in tit. de iuram. calum. & notauit Odofredus in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram. calum.

## C A P. CCLXIV.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

1. Iuramentum de non fideiubendo, an sit licitum.

CCC Idem

**I**dem Albericus de Rosate in rub. C. de reb. credit. & iureitur. querit † an iuramentum de non fideiubendo, licitum sit? Et in primis inquit, videri illicitum ob id, quod sit contra charitatem. t. qui sacramento, & c. inter cetera. 22. q. 4. & c. cum quidam, extra de iureiuran. Subdit tamen prædictis non obstantibus distinguendo hunc in modum: Aut talis iurans est clericus, & tunc licitum videtur, quia ad hoc tenetur, c. i. extra de fideiuss. & c. te quidem. ii. quest. i. Si vero sit laicus, & tunc secus sit, cum teneatur pro proximo fideiubere, vt habetur in c. sicut ii. quest. i. vbi voluit Archid. peccare, si nō fideiubeat. Verum quod. etiam in laico sit licitum, dicendum videtur, cum sine interitu salutis éternæ seruari possit, vt habetur in §. fin. 23. q. 4. & præsertim, quia aliter proximi necessitatibus subueniri potest, vt in fine illius §. dicitur. & id inquit Alber. putare verum, vbi etiam salus temporalis, vel spirituialis periclitaretur: Nam tunc non obstante iuramento, quod tam clericus quam laicus fideiubere possit arbitratur, argumento c. non sitis, distinct. 86. cum non videatur in tali necessitate iurasse, alioquin iuramentum est illicium, c. quanto, extra de iureiuran. & hoc inquit notare Archidia. in cap. non est. 22. q. 1. & ideo ibidem querit Alber. si fortasse quisquam pro suo amico fideiussit: & eo vergente ad inopiam iurauerit nunquam pro alio fideiubere, & cum non posset aliter liberari, accepit libros prædicti sui amici, & debitum soluerit, an periurus sit. & inquit Bart. Brixien. in periurium non incurtere, in suis questio. quest. 36. que incipit, quidam scholaris. & Archid. in c. te quidem. ii. quest. i. & Abbas in c. si vero, num. 5. extra de iureiuran. & inquit quod si salus proximi periclitetur, nisi fideiuberet illud obseruare nō teneri, quia iuramentum ad talem casum incogitatum non extenditur: & quando talem casum cogitasset, tale iuramentum fuisset temerarium, & ideo non obligaret. & subdit ibidem Abbas, illum casum pro indubitate habere, quia quilibet proximo subuenire tenetur. c. pass. 86. distinct. & c. i. & 2. 84. distinct. & c. scimus. 43. distinct. Vnde non potuit suo iuramento se ab hoc onere subtrahere, argumento c. si diligenter, extra de foro competen. subdit etiam Abbas ibidem, censere tale iuramentum non obligare, vbi cunq; proximus vere indiget huiusmodi fideiussione, licet salus proximi nō periclitetur, quia tenemur ex præcepto Dei diligere proximos, sicut nos in ipso. c. charitas, il. 2. distinct. 2. & c. proximos, distinct. 2. c. proximos, de pænitent. & ideo eis subuenire tenemur in suis necessitatibus: & ideo nostro iureiurando nō possimus nos ab hac pietate subtrahere, vt habetur in d. c. si diligenter. & id procedit firmando illam conclusionem, vt teneamus subvenire proximo & præcepto in suis necessitatibus: si vero teneamus opinionem Beati Thomæ in secunda secundæ, quest. 32. artic. 5. dum examinando illum articulum, an eleemosyna sit in præcepto, inquit duo consideranda essent: unum ex parte dantis, & aliud ex parte recipientis. Ex parte dantis, inquit considerandum, vt in eleemosynam erogetur illud, quod est danti superfluum, vt habetur Luce. 11. & dicitur superesse nō solum respectu suimet, sed illorum etiam, quorū cura sibi incumbit: prius enim tenetur quis talib. subuenire, & deinde aliis. Ex parte autem recipientis requiritur, vt necessitatem habeat: nec omnis necessitas obligat ad dandū ei ex præcepto, sed illa solum, sine qua necessitatem

patiens aliter substineri non potest, d. t. pasce. & sic concluditur secundum eum, vt eleemosyna tunc sit in præcepto, cum quis superflua habet modo prædicto, & sic est in tanta necessitate, vt aliter substineri non possit, alias est de consilio: & in hoc casu subdit Abbas esse magis dubium, nunquid iuramentum obliget, ex quo proximus non est in tali necessitate, sed nihilominus putat huiusmodi iuramentum non obligare ea ratione, quod licet fideiussio non sit hoc calu de præcepto, est tamen de cōsilio, & est opus ex pietate faciendum propter Deum & amorem proximi. sed vt supra dictum est, non potest quis obligari, vt non faciat opera charitatis ac perfectionis, quia non est, verosimile quod Deus recipiat talia iuramenta contra suum consilium, cum dixerit, si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, vt habetur in Euangelio. si tamen quis non obseruat, non peccat, vt dixit Gratia. in d. §. fi. & idem putat, si quis iurat non mutuare pecuniam eadem ratione. & hæc inquit notanda, quia ex eis multæ questiones decidi possunt. Item hanc conclusionem sequitur Spec. in lib. i. par. 4. de teste. §. 13. de testium compulsione, n. 5. & mouetur, quia celare veritatem est peccatum. c. quisquis. ii. q. 3. & c. i. extra de crim. fal. & ideo illud impugnare potest propria authoritate. c. sicut in nostris, extra de iureiuran. & in c. malis. 22. q. 4. & c. intimauit, vbi de hoc tractatur, extra de testib. & c. venerabilem, extra de elect. vel contraveniet superioris authoritati, vt voluit idem Spec. in §. nunc offendendum, versic. 24. de officio deleg.

## C A P. CCLXV.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

i Iurauerit si forte clericus de aliqua causa stare mandato episcopi, & ille episcopus præceperit vt beneficio renunciaret, & nunquam appellaret, an appellare possit non obstante eo iuramento?

**Q**Væfuit etiam Alberic. in d. rub. num. i. in rub. de reb. cred. & iureiur. si fortasse accidat, † q; clericus agens in causa sui beneficii coram episcopo, & ideo iurauerit de ipsa causa stare mandato episcopi, & episcopus præcipiat, vt beneficio appellacionis renunciet, & nūquam appelle: an non obstante prædicto iuramento appellare possit? In hac questione inquit Alber. Bartolomæum Brixensem tenere posse in q. 37. incipiente, cum in causa cuiusdam clericorum, & Archid. in c. quod bene, in fi. 6. q. 4. vbi dum queritur, an si patres iurauerunt seruare pacem, & filii non seruent, an sint periuri? & inquit Bart. tenere periuros non esse in 3. quest. que incipit, Bononia.

## C A P. CCLXVI.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

i Successor in regimine, si predecessorum iurare non facit, an in periurium incidat.

**I**tem querit Alber. in rub. C. de reb. credit. & iureiur. in u. 2. † an successor in regimine vel officio, si non faciat predecessorum suum iurare, incidat in periurium? Et inquit nō incidere, p ea quæ inquit frater Raymundus in sua summa de iureiur. & periurio, in §. itempore quod vniuersitas. & inquit Alber. dixisse in l. digna vox. ff. de legib. & Archid. & bene, in fi. 6. q. 4. & idem dicit

# De Executionibus, Tractatus. §. 9. 855

dicit de successore in regimine vel officio non esse perjurum, si non efficit ut prædecessor iuret.

## C A P. CCLXVII.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

- i Minor vendens, & iurans non venire aduersus contratum, an debeat reddi certus de restitutione in integrum: an debeat prius petere relaxationem iuramenti quam agat.

**Q**uærit etiam prosequendo materiam propositi tam in consil. 380. num. 1. vol. 3. † an minor vendens, & iurans illi contractui non contrauenire, de beneficio restitutionis in integrum certior reddi debeat: an vero vt à iuramento relaxetur prius petere debeat quam agat, & cōtraueniat? Et in ea dubitatione concludit, quod licet de beneficio restitutionis in integrum certior redditus sit, licet iuret & promittat non contrauenire aliqua occasione de iure vel de facto, possit tamen prædictis nō obstantibus in integrū restitutionem petere, prout idem inquit tenere Ioan. Andr. in c. cum dilectus, extra de empt. & vend. in nouella. & si Bart. contrarium voluerit in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. ex quo ibi de tali renunciatione mentio non fit. & inquit etiam esse tex. in l. 1. eod. tit. & in l. 2. C. de rescind. vend. Contrariam tamen opinionem Dyni inquit tenere Thomam in tit. defor. & inquit optime de iure ciuili defendi posse.

## C A P. CCLXVIII.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

- i Iuret si fortasse quispiam non ludere, si mutuet pecuniam ad ludendum, est pro viroque periurus.

**Q**uærit etiam Bal. in l. interdicimus, num. 1. C. de episcop. & cler. † si fortasse accidat, vt quis iuret non ludere tabulis, attamē pecuniam ad ludendum mutuauerit, an vtrāq; de causa in periurium incidat: & quid dicendum si si non mutuauerit, sed ludendi modum ludenti demontrauerit. & eo in loco vt ex qualibet ex prædictis causis in periurium incidat, dicendum arbitratur: & ideo inferendo ad prædictam quæstionem vult, vt tam ille qui pecuniam ad ludendum mutuauerit, quam ille qui lusit, vel ludendi modum docuerit, per illum tex. in vers. participem, in periurium incidat, prout eadem conclusionem tenet Salic. in d. l. interdicimus, num. 1. qui & ipse quoque notat dictum tex. in verbo. participem, pro iis, qui iurant non ludere, & deinde aliis pecuniam ad ludendum mutuant, vel accommodant, vt pro eis ludant: & vult vt pariter ac si ipsi lüssent, periurium incurraint, & si ex prædictis videantur includi illi tantum, qui substitutis, vt pro se ludant, pecuniam accommodant. Et si hac de re loquens Robert. Maranta in 2. parte iudicij, in 9. actu, num. 19. dixerit, si fortasse quispiam de domo non exire vel non ludere iurauerit, vel quid simile itacundia motus, tale iuramentū eum non ligare censuerit: & ideo si contraueniat, in periurium non incidere: subdit tamen eo in loco Maranta, valde tuitius esse ad cautelam absolutionē petere, quæ quidem facillime concedi solet, vt inquit Abb. in d. c.

sicut, extra de iure iur. Et de huiusmodi iure iurando habetur in c. 6. Deutero. & in c. 23. Ecclesiast. & voluit Ioan. Chrysost. super Matth. c. 5. De eo tamen, qui iurauit non ludere, si tale iuramentum sine iracundia interponatur, ita dicendum est, eum qui ludit in periurium incideat, sicut etiam & illum qui ludo astat & præsens est, vel pecuniam ad ludendum mutuat vel accommodat, ita vt æqualiter in eos pœna contra ludentes imposita locum habeat, & sic ita puniatur, is, qui ludit, vt diximus, quamvis qui astat & præsens est vel pecuniam mutuat. & mouetur per ea, quæ dixit Bal. in auth. interdicimus. C. de episcop. & cler. & supra vidimus, & idem dicit de eo, qui docet ludentem. Verum de hoc infra latius suo loco dicetur:

## C A P. CCLXIX.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

- i Iuramentum de non inferendo grauamen creditoris donec sit ei satisfactum, an subsistat.

**Q**uæsiuit etiam Bald. in c. ad nostram, num. 1. ex tra de iure iur. † an subsistat iuriurandum non inferendi grauamen creditori, donec ei satisfactum sit.

## C A P. CCLXX.

Argumentum est in Summariis.

### S V M M A R I A.

- i Iurans non petere, an excludatur à litis contestatione.  
2 Iure quod non tenet, vero nomine caret.

I Ternum quæsiuit idem Bal. in c. constitutus, num. 16. extra de rescript. † nunquid ille, qui iurauit non petere, à litis contestatione excludatur. & inquit in hoc, non excludi existimasse; Verum quia in hoc de pacto non iurato loquitur, merito subdit ibidem Bal. excludi. & ratio est, quia litis contestatio sine petitione esse non potest. l. amplius. ff. rem ratā habet. Sed sic est, quod in præludiis præcedentibus litis contestatio non repellitur, quia de eis iuramentum non loquitur. Ergo Subdit præterea ibidem Bal. velle Innoc. vt vbiunque constet quempiam minus legitime electum esse, vel non legitime præbendam habere, eum remoueri posse. l. iuriurandum quid. §. 1. ff. de iure iur. & l. 2. C. de his, qui protuto. Nam † quod de iure non tenet, vero nomine caret. l. si ex 2 voluntate. C. de donatio. inter vir. & vxor.

## C A P. CCLXXI.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

- i Iurans nullam exceptionem obiicere, si deinde superior ei aliquam exceptionem quinquenalem concesserit, poterit nō obstante iuramento talem exceptionem obiicere.

P Ræterea quæsiuit Paul. Castri. in l. qui iuramento, num. 3. ff. qui satisd. cogān. Si fortasse debitor iure iurando promiserit nullam exceptionem obiicere, si deinde superior sibi dilationem quinquenalem concedat; inquit Castren. eodem in loco, illam exceptionem obiicere posse, non obstante tali iuramento, ex quo in eo superioris authoritas excepta intelligitur, prout de hac superioris authoritate, quod semper excepta intelligatur, infra suo loco

late dicitur, & ideo dixit ibidem Castrensis, illum tex. inducere Cynum in l. fin. quest. 4. G. si contra ius, vel utile public. ad questionem, de qua ibi per eum, quando scilicet quis iurat non petere reductionem laudia ad arbitrium boniviri: propterea quod illa promissio illam tacitam conditionem continet, videlicet si laudum sit æquum & iustum. l. si libertis. ff. de oper. liber. Nam eodem modo iuramento inesse intelligitur: & ideo si quis petat reductionem, & obtineat ob id quod iniquum sit, peritus non erit, vt est species in c. Quintauallis, extra de iureiur. At secus si succumbat, per ea quæ habentur in tex. & notant Dd. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & attigit Bart. in l. Julianus. ff. de condic. indeb. id autem intelligit Bal. ibi, quando iusta causa superuenit post ipsum præstatum iuramentum: nam de ea non censetur cogitasse, nec ei renunciasse. Vnde cum iuramentum ad incognita non trahatur, etiam de iure canonico: merito mirum non est, si non subsistit, & ideo in perjurium non incurrit.

## C A P. CCLXXII.

## A R G U M E N T U M.

Iuramentum prælati, quatenus eum obliget ad præiudicium Ecclesiæ.

## S U M M A R I A.

1. *Prelatus aliquid faciens in præiudicium Ecclesiæ cum iuramento, potest ad utilitatem Ecclesiæ prædicto iuramento contravenire.*
2. *Prelatus alienans bona Ecclesiæ cum iuramento, proprio iuramento contravenire potest.*
3. *Declaratio c. intellecto, extra de iureiurando.*

**A**ugustinus Berous in c. si quis presbyter, num. 18. extra de reb. eccles. non alienen. inquit, prælatum † qui aliquid facit in præiudicium suæ ecclesiæ, ac prælaturæ, etiam cum iuramento potest ad commodum & utilitatem dictæ ecclesiæ vel prælaturæ proprio iuramento contravenire, siue sit aliquis, qui ecclesiæ consulere possit, siue non, vt optime probatur ex eo tex. iuncta glos. ampliatione. Nam 2. † quando prælatus bona ecclesiæ cum iuramento alienat, potest contra factum suum à iure reprobatum venire, vt ibi, & habetur in c. i. de restit. in integr. lib. 6. licet simus ibi in casu, in quo quispiam superstis, qui ecclesiæ consulere possit, vt puta episcopus, ad quem ecclesiarum cura pertinet, vt habetur in c. per totum. i. b. quest. 1. Præterea supersunt alia personæ ecclesiastice, quæ pro ecclesia agere possunt, vt habetur in d. c. si quis presbyter, & c. non licet, & c. in venditionib. 17. quest. 4. ubi ad potestate episcopi reuocatur. Præterea si dicatur, † quod in terminis d. c. intellecto, extra de iureiurando non superesset alia persona ultra Regem, quæ regno consulere posset: esset maxima quidem restrictio, quæ sane diuinationem contineret. Vnde alia quidem ratione iureiurando ibi contravenire potest. & ideo Abbas in d. c. si quis presbyter, inquit quod prælatus, qui aliquid indebite de rebus Ecclesiæ alienauit vel aliquid in ecclesiæ suæ damnum cum iuramento de non contraveniendo, & obseruando quæ ab eo facta sunt, vt potest ad utilitatem ecclesiæ contra factum suum iuratum venire absque perjurii metu: & si alia persona supersit, per quam utilitat ipsius

ecclesiæ consuli possit: Nam huiusmodi iuramentum in ecclesiæ tendens præiudicium, potius perjurium dicitur, vt habetur in c. i. extra de his, qua sunt à maiori parte c. & cap. potuit, il. i. cū gl. extra de iureiur. & est optimus text. in c. sicut nostris, extra de iureiur. qui quidem notandus est pro promissionibus & iuramentis factis in conclavi inter Cardinales, & futurum Pontificem, sede vacante.

## C A P. CCLXXIII.

## Argumentum est in Summario.

## S U M M A R I V M.

1. *Iuramentum præstitum contra illud, quod Ecclesiæ honorificum est, dicitur contra utilitatem Ecclesiæ præstitum.*

**I**nquit præterea Paris. in consil. 92. num. 47. vol. 4. & ibidem, num. 48. † iuramentum præstitum contra illud, quod est honorificum ecclesiæ, dicitur præstitum contravilitatem ecclesiasticam, & ideo non subsistit, vt notatur in c. sicut, extra de iureiur. Iuramentum enim super rebus ecclesiasticis præstitum non subsistit, & est nullum. c. peruenit, il. i. extra de iureiur. propterea quod eas recipit conditiones & limitationes, ac etiam interpretationes & exceptiones, quas recipit principale promissum vel dispositum, vt notatur Antonius à Butr. & alii in c. Quintauallis, extra de iureiur. & notatur in l. si. C. de non num. pec. & est decis. Rot. 141. in antiquis.

## C A P. CCLXXIV.

## Argumentum est in Summario.

## S U M M A R I V M.

1. *Iuramentum de non appellando, an tollat appellatio nem.*

**I**n c. ad hoc, il. 2. extra de appellatio. Innoc. expresse dicit † iuramentum non tollere appellationem, si grauetur: alias enim hodie sine grauamine non licet appellare, siue iurauerit, siue non.

## C A P. CCLXXV.

## Argumentum est in Summario.

## S U M M A R I V M.

1. *Iurans non reuocare procuratorem etiam ad matrimonium contrahendum, eum reuocare potest.*

**V**eſiuit etiam Philip. Franc. in c. si. n. 6. de procur. lib. 6. ex iis, quæ notat ibi glos. † an iurans non reuocare procuratorem etiam ad matrimonium constitutum, eum reuocare possit, ita vt reuocatio subsistat, licet reuocans perjurium incurrat. & inquit non obstante iuramento illum reuocare posse, per ea quæ dixit Federic. de Senis in consil. 107. hanc conclusionem sequitur Ioan. Maria. Riminal. in consil. 292. num. 10. volum. 2. dum inquit, quod si quis constitutus procuratorem ad renunciandum, & inret eum non reuocare, reuocationem tamen subsistere, & si reuocans perjurium incurrat, vt alias voluit glos. in d. c. vltima voluntas. 3. q. 2. dum inquit, quod vt supra diximus, iurans non reuocare testamentum, illud reuocare potest, & si reuocans perjurium incurrat. Subdit tamen eodē in loco Francus hoc

# De Executionibus, Tractatus. §. 9.

857

hoc videri doctrinam Innoc. impugnare in d.c. dileto, de prab. lib. 6. dum inquit, actum gestum contra iuramentum in spiritualibus non subsistere, & ideo si quispiam in canonicum recipiatur contra iuramentum non subsistere, & idem voltuit Archid. in c. duobus, de rescript. lib. 6. secus autem in temporalibus dicendum esse arbitratur, & ibidem latius prosequitur Francus. inquit tamen eodem in loco Philippus Francus predictis responderi posse, constitutionem & reuocationem procuratoris quid spirituale non esse, & si super spiritualibus constituantur, ut habetur in c. i. de proc. lib. 6. & eam gl. vt inquit Francus sequuntur Dd. in d.c. si de proc. lib. 6. & Feder. de Senis in consil. 95 factum tale est, in fin. Vbi limitat illam gl. quarenus vult, reuocantem incidere in perjurium: & inquit eam procedere, nisi ex iusta causa quis reuocet, argumento l. s. ff. qui satisf. cog & Innoc. in c. cum P. de renuncia. lib. 6. cum iuramentum iniuritatis vinculum esse non debat, ut habetur in c. quanto, de iure iur. lib. 6. Prædictis addit Francus in d. c. s. contra illam gl. facere tex. in c. cum contingat, de iure iur. lib. 6. ex quo ibi iuramentum impedit reuocationem, & facit actum invalidum, validum, t. 2. extra de pac. merito iurans non reuocare, reuocare non posse videtur, cum subsistere non debat illud, quod sit contra licitum iuramentum, ut habetur in c. s. diligenti, de præscript. lib. 6. & ideo inquit glos. notabilis in c. licet, de iure iur. lib. 6. in fin. quod si mulier iuret non alienare fundum doralem, si deinde alienet, & si iurauerit non contrauenire, alienationem non subsistere contra primum iuramentum, & ideo de hoc articulo adducit plene ibi dixisse, plura etiam de hoc tradit Francus in c. licet mulieres, num. 7. de iure iur. lib. 6. & late Imola in d. c. cum contingat.

C A P. CCLXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iurans non exire domo infra 15. dies, si interim a iudice citetur, tenetur comparere, & ideo non obstante iuramento exire potest.

Q Væsiuit præterea Dominicus à Sancto Geminiano in c. cum super, num. 5. de prab. lib. 6. † an si quis iurauerit non exire domum intra 15. dies. interim autem a iudice citetur, an comparere teneatur, ita ut iuramenti transgressor dici non possit: ut notat Archid. in c. authoritate. 15. q. 6. & Spec. in tit. de citatione. §. 1. in fin. ver. quid si quis. & Ioan. Andr. in c. cum parati, extra de appella. & tradit Federic. de Senis in consil. 111. & facit illud quod notat Ioan. Andr. in c. quia pleisque, in gl. in vers. nota casum, de offic. ord. lib. 6. Et Barb. in c. constitutus. num. 88. extra de rescript. quærit si clericus, vel secularis filius familias iurauerit ex studio non recedere absq; licentia creditorum, si accidat ab eius patre reuocari, vel à suo episcopo sine quo id procuret & petita licentia eam non obtinuerit, an efficiatur per iurus. & inquit non effici quia non solum Papæ, sed etiam alterius superioris ius censetur exceptum. d.c. veniens. extra de iure iur. vt latius ibi per eum, vbi inquit ita tenuisse Federic. de Senis in consil. 176.

C A P. CCLXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Actum gerens contrarians iuramento de mandato superioris, quem iurauit non facere, non dicitur facere contra iuramentum.

Q Væsiuit præterea Geminianus in c. i. §. statuentes, nu. 2. de sepult. lib. 6. † an ille qui facit actum de mandato superioris, quem non facere iurauit, contra iurandum facere non dicitur. Id autem probat ex eo, quod ibidem inquit Pontifex, hunc alibi eligere non posse, ne iuramento contrafaciatur: & tamen alibi mandat sepeliri: & inquit Dominicus id notandum, quia facit ad illam questionem, an iurans non exire domo, si citeretur a iudice sine pena perjurii exire possit.

C A P. CCLXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurans non mutare voluntatem in electione sepulturae, an illam mutare possit.

Q Værit præterea Dominicus à Sancto Geminiano in eodem c. cum super, num. 3. † an ille qui iurat voluntatem in electione sepulturae non mutare, illam mutare possit? Et inquit dicere Io. Andr. Hostiensem eam ponere ac pertractare in sua summa, & in eodem tit. in §. an licitum, versic. quod si quis eligar. & eam determinare per ea, qua habentur in d.c.i. §. statuentes. de sepult. lib. 6. quibus videtur probari eam mutare non posse. Subdit tamen ibidem gl. in verbo, veniendi, contrarium tenere, ut scilicet contra ipsum iuramentum, voluntatem & sententiam sepulturae mutare possit: & mouetur ea ratione, quod si non subsistit promissio quæ est principale, minus deber subsistere accessorium. Verum gl. ibidem soluendo dubitationem inquit esse speciale, & subdit rationem ponit in d. regula, & esse propter periculum animæ, & ita etiam inquit notari in c. cum contingat, extra de iure iur.

C A P. CCLXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum & pactum filii, quod alimenta non petet, de iure non subsistit.

Q Væsiuit præterea Imola in d. c. cum contingat, num. 87. extra de iure iur. † an pactum, vel iuramentum de non petendo alimenta à filio præstatum vel initum cum patre subsistat. & inquit omnino non subsistere per text. in c. cum quidam, extra de iure iur. & faciunt ea, quæ dicit Specul. in tit. qui filii sint legit. in versic. sed pone.

C A P. CCLXXX.

ARGUMENTVM.

Iuramentum de non cedendo bonis, an teneat & subsistat.

2 Pactum ut quis possit pro debito detineri subsistat.

C C C 3 3 Iura-

**3** *Iuramentum & pactum, quod filius legitimus non petat, non valeat.*

**Q**uartus. *Variet præterea Imo in d.c. cum contingat, num. 85. † an iuramentum de non cedendo bonis, subsuffit: & ita ut pro debito capi possit, iuxta ea quæ habentur in l.i. C. qui bon. cedere poss. & in primis ibidem, num. 8. inquit videtur non subsistere, nec tenere ob id, quod tunc contra bonos mores esse videatur, vt habetur in l.alia. §. eleganter. ff. sol. matrim. & facit etiam illud, quod habetur in authen. imo C. de actio. & oblig. & facit etiam illud, quod tradit Imola in c.ex rescripto, extra de iure iur. & illud, quod habetur in l.i. & 2. C. qui bon. cede. poss. Subdit tamen Imola eodem in loco, contrariam opinionem veriorem ap-2 parere, & ex eo confirmari, † quod subsuffit pa-ctum, vt quæ pro debito retinueri possit, per ea quæ habentur in d.c. ex rescripto, & notat Spec. in tit. de re-nunc. & conclu. §. i. in fi. in vers. item. est. beneficium. & id teñet etiam Federic. de Senis in consil. 60. inquiens, valere pactum ac iuramentum huiusmodi ea ratio-ne, quia non est contra bonos mores, nec per-pe-tuum habet prohibitionis causam, vt habetur in d. vers. item est beneficium, & precedenti, & in l. fi. C. qui bon. cedere possint.*

Limitat autem Imola ibidem hanc conclusio-nem, quando esset notoria & manifesta meridi-ca-tas ac paupertas ipsius remansiantis: nam in eo ca-su iuramentum non obligat: sicut nec pactum, ac etiam iuramentum, † quod filius legitimus non petat. c. cum quidam, extra de iure iur. & facit etiam illud, quod dixit Specul. in tit. qui fil. sint legit. in vers. sed pone. Item hanc conclusionem videtur tenere etiam Anto. a Butrio, vt ibidem refert Imo. sub ter-tio quem ponit casu, in d. cap. cum contingat, in fi. At sub primo casu, vbi etiā de hoc loquitur iuramen-to, transit cum ea opinione, quam ponit Bart. in d.l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimon. Vnde ibidem sub-dit Imola, num. 87. tenendam esse opinionem Fe-deric. & si Federic. non respondet prædicto §. ele-ganter, nec aliis iuribus in contrarium adductis. Qui-bus tamen subdit Imola eo in loco responderi pos-se, per ea quæ late inquit idem Imola dixisse supra super primo membro principali, quando scilicet prohi-betur actus ob id, quod sit contra bonos mores, vt inquit etiam ibidem tetulisse opinionem Bal. quam ipse posuit in l. i. C. qui bon. cedere poss. Et hac de prima questione.

### C A P. CCLXXXI.

Argumentum est in Summario.

#### S V M M A R I V M.

**i** *Fideiussor, an dari possit pro dote conseruanda, vel re-stituenda, accidente iuramento.*

**Q**uoniam communis est opinio, quod † fideiussores pro dote dari non possint conseruan-da, vt habetur in l.i. C. ne fideiuss. dot. dentur. merito Imola in d.c. cum contingat, num. 88 extra de iure iur. ea stante communis opinione, querit, an fideiussor pro dote restituenda dari possit? Et in ea quæstione inquit, quod licet iuramento non accidente varia-si Doct. opiniones, propterea quod Odofred. vo-luit, vt dari ac præstari possint, vt voluerunt etiam alii nonnulli glossatores, prout refert gl. in d.l. i. ea tamen illis non obstantibus contrarium firmat, &

pro ea facit generalis illa rub. & illud quod habe-tur in l.2. cod. tit. & tractatur in l. si constante. §. quæries, vbi Bart. ff. sol. matrim. At in terminis nostris presupponendo, quod accesserit ius iurandum, dubium or-ritur, an posito quod fideiussores præstari prohi-beantur pro dote cōseruanda vel restituenda: quæ-ritur, an si se obligent iure iurando, obligatio sub-sistat, quamvis vt supra diximus, iuramento remoto eos non obligari vti dati dicendum videatur lege ipsa huiusmodi obligationem prohibente, & ideo illud quod agitur, non valeat. l. non dubium. C. de legib. Posito igitur, vt accesserit ius iurandum, Bart. vi-detur velle vt obligatio iure iurando non firmetur, pere que ipsemet tradit in d.l. si quis pro eo, in 3. & 5. memb. ff. de fideiuss. vbi concludit quod vbi legis pro-hibitione in personam dirigitur, tunc contra faciens peccet tanquam iusto præcepto non obediens su-perioris, vt habetur in cap. 2. extra de mai. & obed. & ideo dicunt iure iurando non firmari & tradit Butr. in d.c. cum contingat, in fine tertii casus, hanc eandem Bart. opinionem sequutus, & si non eadem, sed alia ratione, videlicet quia ob eam obligationem quæ-dam insurgeret differentia ac indifferentia inter i-plos coninges, qui sibi in iuicem corpora sua com-mittunt, & præsertim ipsa mulier, quæ non solum corpus suum committit, sed etiam dotem. l. ha-lege. C. de pac. conuent. & ideo cum unius cordis & vo-luntatis esse debeant, merito videatur talis promis-sio quodammodo contra bonos mores, & ideo iu-reiurando non convalideretur, vt latius ibidem pro-sequitur Imola sequutus Cynum in d.l. i. C. ne fideiuss. dot. dent. qui ibidem Odofred. opinionem se-qui-videatur, quam sequutus fuit etiam Dynus, videlicet vt sit differentia, an fideiussiones dotum dentur, pro dote conseruanda, an vero pro dote restituenda, at tamen Bart. in l. si constante. §. quæries, tenuit op-inionem gl. in d.l. i. vt scilicet dari non possint eti-am pro dote restituenda, per text. in d.l. 2. C. ne fideiuss. dot. dent. quæ generaliter loquitur, & Imola re-fert se ad dictum §. quæries, in d.l. si constante. Et licet in d.c. cum contingat, num. 88. vers. sed adverte, quia im-pugnat Bartol. opinionem, dum vult fideiussorem dari non posse pro dote, etiam cum iuramento, con-clusionem tamen contra Bart. non firmat & Bu-trium, sed videtur tantummodo limitare, quando iuramentum est extortum per dolum aut metum.

### C A P. CCLXXXII.

Argumentum est in Summario.

#### S V M M A R I V M.

**i** *Iuramentū de non contraueniendo nec agendo, quan-do habet causam à iure proprio, vel ab altero sibi coniuncto non subsuffit, quia intelligitur de illico & contra debitum.*

**Q**uæsivit deinde Imola in c.petitio, num. 2. extra de iure iur. † an iuramentum de non contraueniendo, & non agendo contra aliquem in de-ter-minate præstitum, de illico intelligendum sit, non autem licito.

Præterea Imola in c.petitio, num. 2. extra de iure iur. querit, an iuramentum de non cōtrauenien-do & non agendo præstitum, intelligendum sit de illico & cōtra debitum iuramentum, non autem de licito, & præsertim cum causam habet à iure proprio

proprio vel alterius sibi coniuncti, ut notat etiam Butrius in d. cap. petitio. & ideo ibidem subdit Imola Butrium velle quod etiā aliis de causis quam propriis, vel suis Ecclesiae contra eum venire posse, cui iusurandum præstatum est, dummodo tales causæ sint licitæ, & si ut inquit subdendo Imola ibidem id tex. tum in d. cap. petitio, cui appositum est iuramentum, non dicere quinimo potius contrarium concludere, ex quo solum excipit, ut possit præstari pro iuriis Ecclesiae, aut suis propriis vel luorum coniunctorum, ut habetur in cap. solita, extra de majori. & obediens. & in cap. quia circa, extra de priuilegiis. & in l. de pretio. ff. de publico.

## C A P. CCLXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iuramentum vniuersale non accusandi mulierem de aliquo crimen, an subsistat.

**Q**uæsiuit etiam Imola in cap. quemadmodum, nū. 7. extra de iureiuran. † an iuramentum vniuersale de non accusando mulierem de aliquo crimine, temerarium censeatur, & ideo seruandum non sit, etiam quatenus excludit facultatem accusandi si trahere vellet ad infidelitatem.

## C A P. CCLXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iuramentum non accusandi de adulterio, an excludere videatur, quatenus accusatio respicit priuatam vilitatem, an vero quatenus respicit finem correptionis.

**Q**uærit etiam Imola in d. cap. quemadmodum, nū. 16. extra de iureiuran. † an iuramentum de non accusando de adulterio excludat, quatenus accusatio priuatam vilitatem respiceret, scilicet vero quatenus respiceret finem correptionis denunciando.

## C A P. CCLXXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iuramentum de non præstanto subsidium coniuncto, an sit licitum.

**Q**uæsiuit etiam Imola in cap. cum quidam, nū. 5. extra de iureiuran. † an iuramentum de non præbendo subsidium coniuncto, licitum sit in casu illius cap. quicquid dixerit Innocent. ibi, ex quo eo in casu illicitum est, & contra rationem, ut ibi expresse dicitur, & ideo non obliget, ut habetur in c. inter cetera, adducto à gloss. ibi, quatenus enim iuramentum est, seu iuratum, & non loquatur de patre vel matre contra reuerentiam paternam vel maternam est, cum eam filius parentibus præstare teneatur, secundum diuinum præceptum, iuxta illud, Honora patrem & matrem, ut sis longeius super terram, & ideo huiusmodi iuramentum illicitum videtur, & ideo non est seruandum.

## C A P. CCLXXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iurans non loqui sorori vel fratri, non obligatur.

**I**terum quærit Imola in d. cap. cum quidam, extra de iureiura. † si fortasse quispiam sororem vel fratrem non alloqui iurauerit, an tale iuramentum iurantem obliget, an videatur tanquam charitati repugnans, obligatorum non esse, cum charitas ipsa quemlibet fratri vel sorori adstringat, & ideo illicitum dicatur. Si vero quispiam iurauerit non loqui cum aliquo extraneo, & tunc si iusta causa subsit, utputa quia sit homo discolus, vel rixosus & profert mala & injuriosa verba, & tunc dicit seruandum esse iusurandum, ex quo sine interitu salutis æternæ seruari potest, & ita firmat Butrius in d. cap. cum quidam. Id autem stante causa firmandum arbitratur: si vero cœset prædicta causa, ex quo tale iuramentum primo ingressu odium nutrit, & inferre videatur, merito illicitum videatur. Subdit tamen ibidem Imola contrarium fortasse concludendum esse, ex quo tale iuramentum sine interitu salutis æternæ seruari potest. Sed sic est, quod quando iuro non ingredi domum alicuius, tale iuramentum sine interitu salutis æternæ seruari potest, merito seruandum est, nisi fortasse eueniat casus, in quo ob proximi salutem loqui expediat, vel dominum ingredi, ut adnotauit Arch. in d. cap. inter cetera. 22. quest. 4. & facit illud, quod notat Butrius in cap. si vero extra de iureiuran.

## C A P. CCLXXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iurans soluere, vel aliquid implere, casus necessitatibus vel impossibilis excludit.

**P**räterea Imola in cap. veniens, num. 4. extra de iureiuran. quærit, † si fortasse filius familias in studio existens iurauerit creditori non discedere debito non soluto, an si pater, vel Episcopus eum reuocent & exeat quæsita licentia creditoris, licet non obtenta, sit peritus, & ita inquit tenuisse Feder. de Senis disputando, & refert Butri. concludendo id non licere contra iusurandum, & ea ratione mouetur, quia in huiusmodi iuramento ius patti comprehendens non videtur, nec etiam ius superioris, per illum tex. in d. cap. veniens, eod. tit. de iureiuran.

Limitatur tamen præcedens conclusio, nisi filius in fraudem reuocari procurauerit: argumento cap. pastoralis, extra de offic. deleg. & in l. qui data. ff. ex quib. caus. maior. & de hoc late tradit ibidem Butrius.

## C A P. CCLXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- Presbyter si alienet bona Ecclesie & iuret non impugnare dictam alienationem, an tale iuramentum sit validum & subsistat.

**R**efert præterea Imola in cap. si quis, num. 16. extra de rebus eccles. non alienan. Ioan. And. ibi quæsiuisse, † an presbyter, qui bona Ecclesie alienauit, & iureiurando promisit ei alienationi non contravenire, an iusurandum illud sit inualidum? Et in dicta quæstione ita distinguendum arbitratur:

CCc 4 Aut

*Aut enim inquit ipse, prædictus presbyter alienans in sua promotione ad beneficium non alienare promisit, & tunc iuramentum deinde præstitum super ipsa alienatione non reuocandi, sit invalidum ob id quod primo iuramento licito repugnet. Si vero prædictus presbyter in sua ad beneficium promotione iurauerit non contrauenire, & tunc concludit præcedens iusurandum impugnare non posse, per text. in d. cap. cum venissent, à gloss. adducto in d. cap. si quis.*

*Limitat tamen eo in loco Imola, vbi cunque alter Ecclesiæ consuli non possit, ut dixit gloss. in c. 2. extra de iure iur. quando autem ecclesiæ consuli non possit, declarat gloss. in cap. 2. extra de iure iur. Verum Butrius in d. cap. si quis, inquit id ita declarari posse. At enim, inquit ipse, præiudicium Ecclesiæ ita est coniunctum & conexum cum præiudicio personæ, ut Ecclesiæ consuli non possit, quin præiudicio quoq; coniuncti consuli possit, & tunc iusurandum nō obstat: secus vero si ita connexa non sint, quin tam ecclesiæ quam alteri priuato consuli possit, ut dixit gl. in c. 2. extra de iure iur. Butrius autem in d. cap. si quis, inquit, quod si præiudicium Ecclesiæ ita sit necessario conexum cum præiudicio personæ, ut Ecclesiæ consuli non possit, quin etiam persona coniunctæ consulatur, & tunc procedat illud, quod habetur in d. cap. cum venissent, vbi in iuris renunciato ad præiudicium personæ in d. auth. si qua alienatio, ut quod alias teneat rem alienam sine Ecclesiæ iudicio esse non possit fructuum ratione: & ideo ut ipse ibi arbitratur indistincte nō obstat iusurandum, & ad hoc optime facit illud, quod notatur in d. c. extra de iure iur. & facit etiam illud, quod dixit Imola in d. cap. cum venissent, in gloss. in verbo, teleri, in fin.*

## C A P. CCLXXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Iuramentum simplex de bonis eccles. non alienandis, ab eo procedit in alienationibus illicitis non autem licitis, vel necessariis.*

*Q*værit etiam Abbas in c. tua nos, num. 3. & 5. ex tra de eccles. adific. † an iuramentum simpliciter præstitum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ad illicitam alienationem extendatur, ita ut in eo quoque casu iurantem liget ita ut in necessaria alienatione locum habeat. De hac quæstione tradit iterum Abbas in cap. vi super, extra de reb. eccles. non alienan. & faciunt ea, quæ dicunt Ioan. And. Butri. & Imola in cap. extirpanda. §. quia vero. extra de præb. & eadem ratione putat idem Abbas in d. c. tua nos, num. 3. prout etiam idem dicendum putat de alienatione quæ fit ad utilitatem Ecclesiæ, quandoquidem quo ad hoc, necessitas & utilitas à iure comparantur, ut habetur in cap. fine exceptione. 12. quæst. 2. & facit etiam illud, quod notatur in gloss. in summa, ac etiam illud, quod in simili notat Innocent. in c. cum omnes, extra de constitut. Et ideo ibidem inquit Abbas Panor. num. 4. ex hoc text. argui consuevit se iuramentum in materia iuris præstitum ad limites iuris restringendum esse, & ex consequenti limitationes & restrictiones iuris recipere. Verum de hoc latius suo loco dicetur.

## C A P. CCXC.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Iurans residere in ecclesia, iuramento predicto non obstante abesse pro necessitate vel utilitate ecclesie omnino potest.*

*Q*væsiuit Abbas in cap. tua nos, num. 5. extra de eccles. adifican. & reparan. † an iurans residere in Ecclesia, eo iuramento non obstante ab Ecclesia abesse possit, & inquit si pro necessitate & utilitate Ecclesiæ absit, id utique posse, ut est text. in cap. ex parte tua, extra de cleric. non residen. idem voluit Abbas in cap. ex parte il 3. num. 1. extra de cleric. non residen. & ibi id intelligit esse verum, dummodo non recedat in fraudem, dum iura suæ Ecclesiæ prosequitur.

## C A P. CCXCI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Iurans non alienare sine licentia Pontificis ea, quæ sedita sunt alienari non continet.*

*P*ræterea Cassado. in decis. vnica, num. 12. de acquisitione rerum domin. † inquit iuramentum de non alienando sine consensu & autoritate Pontificis ea, quæ alienari non consueverunt non continere, propterea quod ei etiam inconsulto Pontifice & sine eius authoritate & consensu alienari possunt, nec impossibilia vlo modo reputantur, ut est tex. cum gloss. in cap. 2. defend. vbi etiam Abbas post alios notat, & loquitur de alveo nouo & antiquo derelicto, quod publica suadente utilitate factum fuisse credendum est. Et ideo Abbas in d. cap. tua nos, num. 9. extra eodem tit. de eccles. adificand. & reparan. illum tex. ad alienationem modicæ alicuius rei extendum non esse, argumento cap. terrulas. 12. quæst. 2. & facere inquit illud, quod dixit Federic. de Senis in consil. 202. & notatur in cap. vi super, extra de rebus eccles. non alienand. & Archidiac. in cap. Abbate. ii. quæst. 2. vbi prosequitur, an Prælati sine Episcopo rem modicam alienare possint absque solemnitate, cum cap. illud, terrulas. de Episcopo loqui videatur. Præterea, quod omnius possint, comprobatur Abbas per tex. in c. ceterum, extra de donat. & in c. ad hoc. & in c. relatum, il secundo, extra de testament. & ideo Ruin. in consil. 207. num. 5. vol. 1. inquit iuramentum quod quis aliquid non faciet, iam factum non vitiare, utputa si quispiam non alienare promittat, & deinde iure alienauerit: nam valet talis alienatio & si ad interesse teneatur vel ad poenam, si poena apposita sit, ut dixit Abbas Panormit. in c. intellecto, vbi late ipse prosequitur, extra de iure iur. & Ias. in d. l. si ita quis promisit. §. ea lege, num. 27. versic. sexto facit. & Cald. in c. cum contingat, extra de iure iur. & Abb. in cap. intellecto, col. fin. extra cod. tit. & tenent alienationem contra iuramentum subsistere.

## C A P. CCXCII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Prælatus, qui iuravit non alienare, vel pignorare bona*

Bona sue ecclesie, an possit fructus ad decem vel viginti annos vendere.

**Q**uæsiuit etiam idem Abbas in dicto cap. tua nos, num. II. extra de eccl. adifcan. † an Prælatus, qui iurauit non alienare vel pignorare bona sue Ecclesiæ, possit fructuum perceptionem ad decem vel viginti annos vendere, & inquit Guidonem tenuisse, quod posset, per text. in l. penult. §. queritur. ff. de leg. 2. Nec obstat l. fin. C. de rebus alien. non alienan. sed de hoc supra tractatum est: Addit etiam prædictis Abb. in d. cap. tua nos, prohibitum alienare vel eum qui non alienare iurauit posse ad centum annos locare, & id inquit tenere gloss. in d. l. penult. §. instituto. ff. de leg. 2. verum id reprobat gloss. in d. clem. 1. de rebus eccl. non alien.

## C A P. CC XC III.

### Argumentum est in Summario.

#### S V M M A R I V M.

**I** Locatio quinquennii cum pacto relocandi ad aliud quinquennium, & quod intelligatur ipso iure facta relocatio ad aliud quinquennium donec soluantur melioramenta, dicitur alienatio, & ideo non subsistit.

**P**aulum recedit à prædictis illud, quod diximus de concessione perceptionis fructuum ad decennium, vel viginti annos: † nam videtur idem esse & cum huiusmodi locatione illa etiam, de qua meminit Ias. in consil. 94. num. 2. vol. 1. quæ dicitur penitus nulla: & quod multo plus antecessor qui eam fecit, non tenet eam seruare, aut ei stare, ex quo ad longum tempus facta dicitur, cum facta est ad quinquennium cum eo pacto ac conuentione, vt si melioramenta non soluantur, relocatio facta intelligatur ad aliud quinquennium, & sic successiue de quinquennio in quinquennium: quandoquidem eam esse prohibitam dubium non est, cum sit alienatio, vt est optimus text. in §. neg. illud, in Authent. de non alien. iuncto §. emphyteufism, in eodem tit. ex quo text. notat Angel. in d. §. neg. illud, ibi esse casum expressum, quod sicuti tutor vel curator non potest alienare rem immobilem pupilli sine decreto, pariter eam quoque alieui pro uno vel pluribus annis, cum ea conditione & pacto, quod teneatur eidem vel successoribus pro eadem pensione relocate. Ratio autem est, quia hæc species quædam alienationis dicitur, & ideo illud pactum non valere, sed reiiciendum esse, & ita ibidem declarat Angel. Præterea quod hæc dicatur alienatio tenuit Lopus de Castellioncio in sua allegat. 12. quæ incipit, disputat hic, & Cardinal. Florent. qui omnino videatur, in clem. 1. §. fin. in quæst. penult. de reb. eccl. non alienan. & Angel. in consil. 181. ex forma & serie, & c. in fin. & Alex. in consil. 68. visis duabus elegantissimis consiliis, stantibus prædictis non obstat, inquit Ias. quod dicitur, quod coniungendo utrumq; quinquennium non exceditur decennium, & ideo cum decennium non excedatur, locatio ad longum tempus diciatur: Qui responderet longum tempus dici annorum decem inclusiue, & ab inde supra, prout expresse dixit B. ut. in l. 1. §. quod autem, post gloss. ibi. ff. de superficieb. & ibi tradunt Ang. & Bald. in l. quicunque. C. de bonis, quæ liber. & in l. iubemus, la seconda, in princ. col. 3. C. de sacrosan. eccl. vbi inquit ita consuetudinem obseruare, & rursus idem volunt Ang. in l. si filio. §. fi.

ff. soluto matrim. & Arch. in cap. alienationes, col. fin. 12. quæst. 2: & hanc quoque conclusionem sequutus est Anton. à Butrio & alii post eum, in cap. fin. extra ne prælati vices suas. & dixit Cardinal. Floren. in d. clem. 1. §. fin. quæst. 4. de rebus eccl. non alienan. & hanc opinionem communiter teneri inquit Ias. in eodem consil. 94. num. 2. & subdit eam sape consulendo sequutum esse & ita obseruari. Tota igitur vis potissimum in eo consistit, quod talis locatio facta ad quinquennium cum pacto expreso, quod nisi melioramenta soluantur, ipso iure relocatio facta videatur ad aliud quinquennium, & sic successiue de quiaquennio in quinquennium dicitur alienatio: quæ cum sit clericis prohibita, vt est text. in dicto §. neque illud, & ibidem optime notat Angel. in dicta Authent. de non alien cum alien. cum aliis pluribus ab eo deductus. Verum hoc quoque fundamentum non obstat & ei respondeatur primum, quod hæc conclusio procederet, vbiunque à principio illud pure ageretur: sed in casu nostro unica est locatio tantum scilicet usque ad quinquennium, & eo completo est in facultate prælati efficere, vt illa conditio non inchoetur soluendo melioramenta, ex quo etiam ex dispositione iuris communis completa locatione conductor amouendus non sit, nisi ei solutis ac restitutis melioramentis. l. colonus, in princ. & l. dominus. §. 1. ff. locati. & tradit gloss in l. colonus. ff. de vi, & vi armat. & facit illud, quod dixit Angel. in consil. 189. ex forma & serie. dum inquit concessionem factam ad tempus aliquod cum promissione renouandi, si videbitur ipsi prælato, prohibitam non esse, cum sit in facultate prælati reuocare vel non reuocare, prout sibi placuerit. Putat tamē Ias. hanc solutionem fundamentum quod ipse adduxit, non tollere. Nam, vt inquit Ias. positio vt verum sit, vt colonus completa conductione amoueri non debat, nisi solutis melioramentis, ac etiam conuentione de renouando fieri possit, si prælato placuerit: hæc tamen omnia in casu nostro cessare videntur, cum à principio temporis factæ locationis conuentum sit, vt nisi soluantur melioramenta, intelligatur relocatio ipso iure facta ad aliud quinquennium, & sic successiue de quinquennio in quinquennium: quæ quidem prohibita est, cum in fraudem facta censeatur, vt est text. expressus in d. §. neg. illud. Plane fatetur ibidem Ias. quod si esset in mera facultate prælati renouare locatorem si vellet, talis locatio subsisteret. Secundo loco respondeatur tali obiectioni ab ipso Ias. eodem in loco, vt licet talis locatio ad longum tempus dici possit: attamen ex quo nullum dominium etiam utile acquiritur conductori, alienatio dici non potest. Potest namque fieri locatio ad longum tempus eo expreso inter partes ipsas conuento, vt nullum dominium transferatur, & huiusmodi pactum valet, vt dixerunt Bald. & Imola in l. fidomus. §. fin. ff. de legat. 1. & in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. secundo, & facit illud, quod notat Baldus in cap. primo. §. aut filibellarior, in fin. in tit. quibus modis feudum amittatur. & licet tali responsioni possit fortasse replicari, vt etiam quando expresse esset actum, vt huiusmodi locatione nullum ius transferretur: adhuc tamen quatenus pertinet ad casum nostrum, non subsisteret, propterea quod limitatio Baldi & Imolæ in dictis locis in eo procedit & locum habet, qui plenam & integrum alienandis facultatem habet: sed quando sumus in em-

in emphiteuta & vasallo, qui concedūt ad longum tempus & faciunt pactum expressum, vt tali pacto vtile dominium non transferatur, vtq; nihil valet, ob id quod in fraudem legis factum videtur, vt singulariter inquit Bald. in cap. i. in princ. in tit. de prohib. feudi alien. per Federic. col. 3. versic. Quero, nūquid vasallus possit concedere in emphyteusim perpetuam, &c. Vbi ad hoc refert notata à Dyno in d. l. codicilliis. §. instituto. & cum hac notabili Bald. decisione tenet Alex. in consil. 469. in princip. In causa & lite vertente inter Iohan. col. 2. in fin. vol. 2. consil. 104. & rursus Alex. in consil. 67. in princ. vñis duobus elegantissimis consiliis. Vbi expresse reprobat decisionem Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Præterea subdit Ias. eodem in loco, dicetam Bald. decisionem confundi ex multis aliis decisionibus Doctorum contrarium tenentium. Dicit etiam non obstatre aliam solutionem, dum in ea dicitur, quod licet in bonis Ecclesiarum cathedralium alienandis requiratur tractatus: secus tamen sit in Ecclesiis inferioribus, vt dixit Domin. à sancto Geminiano in cap. i. in fin. post Paul. Lea. in tit. de reb. eccles. non alien. in 6. quia putat Ias. illud non facere ad præpositum, quia quando Ecclesia non habet capitulum, tractatus non requiritur: attamen non relevat, quin quilibet Ecclesiasticus alienare prohibatur, vel ad longum tempus locare res immobiles Ecclesiae. Quinimo solemnitates requisitæ in alienationibus rerum immobilium Ecclesiae, habent locum in quolibet loco pio, secundum Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccles. & tenet expresse Panorm. post alias ibi ab eo relatós in cap. nulli, extra de reb. eccles. non alienan.

Hanc conclusionem, quod prælatus non possit locare pro quinq; annis, & illis completis ad quinque subsequentes, ita vt successive plures locatio-nes facere possit, ultra prædictos tenuerunt Card. & alii in d. clem. i. in fin. vbi Card. Floren. in 5. quæst. & Calder. in consil. 11. vbi etiam Gem. in addit. in tit. de iure iurian. & Anton. à Butr. in cap. Apostolice, extra de donat. & Alex. in consil. 165. vñis, vol. 2. & in consil. 104. in causa num. 6. vol. 3. vbi allegat & sequitur Lapum in d. 12. allegat. & iterum Alex. in l. si domus. §. fin. in fin. ff. de leg. 1. & Federic. plures referens in cap. que in ecclesiarum. post num. 87. versic. similiter, si fiat locatio ad longi. tempus, & iterum in vers. similiter si fiat locatio ad non longum tempus, vbi comprobat hanc allegationem, & iterum idem tenuit Felin. qui cum Lapi tenet in cap. plerunque, in fin. extra de rescript. & hanc opinionem Lapi communiter sequuntur Doctores, quem etiam sequuntur Firma in suo report. in versic. episcopus non potest locare, & Ias. iterum in l. manumissiones. post num. 7. & Claud. Seisel. ante num. 6. ff. de iustitia & iure. & And. Tiraquel. de retract. tit. 2. in prefat. num. 11. versic. sed huic sententia. & habetur in apostill. ad Bald. in l. voluntatis, in versic. idem puto, licet contrarium tenuerit ibi Bald. & male. C. de fideicommiss. Alex. autem in l. si filio familiæ. §. si vir in quinquennium, num. 25. dicit quod licet Doct. velint vt ad modicum tempus locare possint, & sic intra decem annos, vt habetur in dicta clement. i. de rebus eccl. non alienan. communis conclusio sit, vt modicum tempus ad quod locate potest prælatus, & quilibet alius alienare prohibitus iudicis arbitrio intelligatur, argumento l. i. C. de iure delib. & idem tenet gloss. quam sequitur Bart. in dicto §. quod au-tem ait. & Domini Rotæ in dicta conclusione 220. quæst.

7. & optime facit illud, quod notat gloss. in l. si con-stante. §. si vxor. eod. tit. ff. sol. matr. quam notat Bart. & inquit Alex. ibidem, num. 25. esse communem opinionem, subdit tamen Alex. in hac materia esse tex. quem non referunt Doct. in versic. si vero ali-quis. quem ibidem ponderat Ang. & inquit non di-tilongum tempus, si res Ecclesiæ locetur vñque ad 30. annos, & ideo videtur, vt si attendamus d. vers. locationes, nō sit vera opinio eorum, qui dicunt quod non possit locare vñsq; ad 10. annos: verum huic ob-jectioni responderet quod cum lex ciuilis aliquid in præiudicium Ecclesiæ statuere non possit. cap. eccles. sanctæ Maria. extra de constit. Vnde cum tex. in d. c. nulli, extra de reb. eccles. non alien. dicat, locatorem ad 10. annos, esse ad longum tempus, inquit Alex. eo in loco non putare iudicem, in cuius arbitrio est se-secundum communem opinionem nō esse arbitra-turum, vt haberetur in c. nulli. & licet gloss. in d. l. codicil-lis. §. instituto. ff. de leg. 2. voluerit quod prohibitum alienari, non prohibeat locare ad nullæ annos: at-tamen conclusio illius glos. communiter reprobari arbitratur, vt inquit ibid. Dynus, Bar. & alii ibid. & esteriam gl. clem. i. & subdit Alex. pro hoc etiam esse aliam gloss. in l. penult. C. de pac. pignor. Bald. tamen in cap. i. §. aut si libellario. in fin. in tit. quib. mod. feud. amittat. gloss illam defendere conatur in d. §. instituto, vbi cunque conuentum sit, vt tot sint loca-tiones, qñot sunt anni. Ad quid facit text. in l. pluri-bus, in princ. ff. de verborum obligat. & rursus hoc idem tenet Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. & in cap. i. col. 10. in tit. qui feud. dare poss. Hanc tamen cau-telam reprobat idem Bald. in cap. imperiale, in princ. de prohibit. feud. alien. per Federic. inquiens illam cautelam vti fraudulentam non procedere. Vnde Alex. eodem in loco ita distinguit: Aut enim inquit ipse, talis locatio fit ab eo, qui potuisset alienare, cum voluisset, & in eo casu procedat d. cautela propter quod nō dicitur alienatio, nec transfertur vti-le dominium, vt in simili habetur in l. cum mansueta. §. fin. ff. de contrah. empt. Aut est prohibitus alienare, & tunc talis cautela non subsistat, vt in simili colli-gitur ex iis quæ notat Bart. in l. Modestinus, in fin. ex-tra de solut. cuius opinionem communiter appro-baribique attestatur, dum inquit quod vbi cunq; donatio insinuationem requirit, & si dictum sit quod tot sint donationes, quot sunt res: tunc illa verba potius insinuationem fraudis denotant, & ideo donatio in eo casu & concurrentibus illis ver-bis insinuationem non valere arbitratuſ, argum. l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. comprobat hanc conclusionem ibidein Alex. ex iis, quæ ha-bentur in d. §. neque illud. vbi Ang. in Auth. de non alien. vbi idem expresse dicit, si ad modicum tempus lo-care veller, cum pacto revocandæ donationis. Et inquit tale pactum fraudulentum censi, & ita in-quit existimare concordari posse Bald. opinions, cum in variis locis loquutus sit circa materiam gl. prædictæ, de qua ipse meminit in cap. i. in princ. col. 3. in tit. de prohibit. feud. alien. per Federic. & in dicta l. si domus. §. fin. ff. de legat. 1. & in dicto §. instituto, & in cap. i. in tit. qui feud. dar. & in dicto cap. que in ecclesiarum, col. 6. extra de constit. & Imol. in d. c. ad audientiam, ex-tra de rebus eccles. non alienan. Alio modo substan-tet Bald. illam gloss. in d. §. aut si libellario, in fin. vt scilicet fortasse locum habeat in partiario, tenendo vt dif-ferat à colono, vt notat glos. in d. l. si apes. §. 1. ff. defurt.

Verum

Vetum quia illa gloss. communiter reprobatur, vt supra diximus, sequuti opinionem Bart. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. ideo inquit non putare prædi- etiam confirmationem subsistere. Præterea hanc candem conclusionem sequitur Crotus in l. i. §. sed & si mibi. num. 15 ff. de verborum obligat. Vbi concludit in his terminis, quod si res Ecclesiæ locatur usque ad nouem annos cum eo pacto, quod completo nouennio, iterum locari debeat, non subsistat huiusmodi pactum, per ea, quæ dixit Aret. in d. l. quod dicitur ff. de verb. obligat. per tex. in d. §. neque illud, & per ea etiam, quæ tradit Alexand. in d. confil. 68. & idem dixit August. Berous in cap. i. num. 10. & 11. extra de precario. vbi in primis inquit sciendum esse aliud esse concessionem vel locationem fieri de triennio in triennium, vel de quinquennio in quinque- nium: & aliud in perpetuum vel ad certum vel incertum & longum tempus, cum ea conditione ut renouatio fieri debeat de quinquennio in quin- quennium. In primo namque casu tot dicuntur concessiones & locationes ad modicum tempus, quæ sunt tempora distributa, vt dixit Bald. in dicta l. voluntas. C. de fidei commiss. argumento. l. scire debemus. ff. de verborum obligat. cum similibus. Secundo vero ca- su vna tantum, per quam dominium utile ac naturalis possessio transfertur, & in ea fieri debet renouatio, vt disponitur in contractu, inquit Imola per text. in cap. longinquitate, cum sequentibus. 12. quest. 2. & in terminis nostris, quare huiusmodi renouationes sint facienda, est text. expressus in cap. sepe fit. 1. quest. 2. & declarat Abb. in d. c. i. in fin. extra de precar. & propter huiusmodi renouationes, ex quo sepe fieri debent, fortasse huiusmodi contractus precariae dicitur in numero plurali, vt dicitur ibi, & infra per totum. Præterea inquit, quod in primo casu talis locatio & concessio subsisteret, quando ab eo facta esset, qui locare prohibitus non esset, siue ad longum tempus concedere, vel ab eo qui ita loquendo in fraudem alterius facere non præsumitur tam hominis, quam alicuius constitutionis. Quod quidem in dubio præsumitur, & ideo prælatus bona ecclesiæ ita concedere & locare non potest, vt dixit ele- ganter Bald. in c. i. §. i. in fin. in tit. defud. & ita consu- lendo firmarunt Aret. & Barb. vt retulit Alex. in d. confil. 165. vol. 2. & tenuit And. Barbat. in rub. de reb. ec- cles. non alien. col. 10. & id diligenter notandum esse inquit Berous in d. c. i. nu. 11. extra de precar. pro loca- tionibus est conductio, quæ à rectoribus & præla- tis Ecclesiæ quotidie fiunt: Nam vt euitè pro- hibitionem & pœnas extractagantis Pauli Veneti, locationes ad triennium faciunt, & eo finito pro alio triennio, vel promittunt in fine illius per aliud triennium locare: quandoquidem tales locationes non subsistunt, & ratio est, quia censentur factæ in fraudem dictæ constitutionis, & in præiudicium Ecclesiæ, prout de hoc est optimus text. in pre- dicto §. neque iuncto §. emphyteusim, in Authen. de non a- lien. aut permutan. prout inducit illum tex. Alex. in d. confil. 165. ex quo igitur in fraudem factæ videntur: merito rei cienda sunt, vt diximus.

Redeundo modo ad supra propositam questio- nem de prælato iurante rem suæ Ecclesiæ non alienare, vel in pignus dare, si foras lead 300 annos lo- cavit, an in perjurium inciderit, & hac de re lo- quens Abbas in cap. intellecto. num. 10. extra de iurei- ran. inquit quod licet gloss. in clem. 1. de iureiuran. ar-

guat pro vtraq; parte: vltimo tamen loco conclu- dere eum, qui alienare non potest, pariter etiam ad centum annos locare non posse. Calderin. autem in d. c. cum contingat, extra de iureiur. inquit alienatio- nis verbum, proprium sumptum, intelligendum esse cum directe dominium transferratur, & licet non ci- tet text. in l. i. C. defundo dotal. inquit tale verbum proprium sumptum, cum dominium directe trans- fertur, intelligendum esse, & ideo intelligendum esse, vt ad centum annos locare non possit: & ideo vult vt nec etiam in pignus dare possit, & præser- tim quia illa Paulina Pauli Veneti de obligatione & hypotheca loquitur, & habetur etiam in cap. in summa. 12. quest. 2. & si proprium sumptu vocabulo, qui locat vel in pignus dat, alienare non dicatur, vt dixit gloss. in l. i. §. quod autem ff. de superficie. & l. fin. ff. si ager reddit. vel emphyteut. petat. Iuramenta autem sunt stricti iuris, & ideo ad alienationem improprie sumptum non extendantur, & sic ad locationem ad centum annos: & ideo vult, vt locans ad tantum temporis, in perjurium non incidat, vt notatur int. vt super, extra de reb. eccl. non alien. ob id tamen non inquit locationem subsistere. Quoniam autem id ab iis quæ supra diximus, pendet: merito vltius non insisto. Subdit autem Abbas eo in loco de hac deci- sione valde dubitare, & potius contrarium verius esse censere: & mouetur ea ratione, quod iurame- tum præstitum secundum qualitates materiæ intel- ligatur, in qua præstat, & ideo recipiat & assumat tacitas omnes conditiones & restrictiones & ampliations, secundum naturam materiæ, in qua præ- stat. l. fin. C. de condit. indebiti. & l. fin. ff. qui satisfac- cog. & notat. Bar. in l. si societate. §. arbitrorum. ff. prosoc. & tradit Innoc. in c. pertuas. extra de arbitr. & probatur in cap. quemadmodum, extra de iureiuran. sed verbum alienatio, in materia alienationis rei Ecclesiasticae largissime accipitur, vt facetur ipsem Calderinus, & probatur in c. nulli. §. 1. extra de reb. eccl. non alien. & facit illud, quod ibi notatur in gloss. Ergo iuramen- tum de non alienando, largissime intelligendum est, vt materiæ subiectæ conueniat. Vnde ex præ- dictis inferri videtur in iuramento præstito in alienatione rerum Ecclesiæ, id locum habere posse, cum etiam videamus locationem quinquenalem, si fiat ad quinque annos, & eo finito ad aliud non subsistere in rerum Ecclesiasticarum alienatione, vt late dixit Iaf. in d. confil. 94. num. 2. vol. 1. & in l. ma- numissiones, num. 8. ff. de iustitia & iure. & de hoc plura late supra deduximus. Et id tunc maxime procedit, quando appareat conductorem (vt supra diximus) alias conductum non fuisse, propter ea quod illæ conductiones ita factæ, vt vna sequatur post aliam, in fraudem factæ videntur, vt supra diximus, per ea que tradit Augustin. Berous in cap. i. num. 10. & 11. extra de precar. & præsertim id procedere videtur, cum alienatio ab eo ad longum tempus fieri non possit, vtputa ad decem annos, & etiam vt completis no- uem annis iterum incipiatur, vt inquit Alex. in confilio 165. volum. secundo, & ideo videmus prædi- tam Paulinam, ambitiosam, sub tit. derebus eccl. non alienan. Si vero non tractetur de bonis Ecclesiasticis, sed laicorum: & tunc dicendum existi- mat huiusmodi non alienandi iuramentum loca- tionem ad centum annos non comprehendere, & ita dicendum videtur. An autem locatio ad cen- tum annos, alienatio dicatur, tradit Ang. in confil.

184. ex forma & serie dictorum instrumentorum, in vlt. dubio, & Ias. in d.l. manumissiones, col. 2. versic. secundo principaliter ff. de iust. & iure.

## C A P. CCXCIV.

Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I V M.

Iurans quod nunquam erit negotiator, episcopus, clericus vel miles, vel quod non recipiet feudum à tali domino, vel quod non recipiet mutuum, vel quid simile, an tali iuramento contrauenire possit.

**Q**uæsiuit etiam Abb. in c. si vero, num. 4. extra de iureiur. † An si quispiam iuret, quod nunquam erit episcopus, clericus, monachus, negotiator, miles, ac etiam quod feudum à tali domino non recipiet, aut mutuum, vel quid simile, an contra huiusmodi iuramentum veshire possit, nec ne? In hac dubitatione inquit Abbas in d. cap. si vero, num. 4. si res deuenerit ad eum casum, in quo aliter viuere non possit, nisi in aliquo ex predictis non facere iureiurando promisit, & tunc illud obseruare non cogitur. Ratio autem est, quia si à principio talis casus accidisset, illud iuramentum vtique temerarium fuisse: & ideo ei propria autoritate contrauenire potest, ut inquit Archidiac. in cap. animaduertendum. 22. quest. 2. Eiusdem naturæ est, si fortasse quis iuret, nihil alicui pauperi daturum se amore Dei vel Deum non culturum, aut aliquid simile, propterea quod verosimile non est Deum huiusmodi iuramenta recipere, cum ipsemet mandet charitatis opera exerceri, & iuramentum iniquitatis vinculum esse non debeat, cap. quanto, extra de iureiuran. Eiusdem quoque naturæ est iuramentum illius, qui iurat futurum Episcopum non esse, vel clericum, aut monachum. Huic tamen conclusio- ni videtur repugnare tex. in cap. Archidiaconum, alias incipit Florentinum. 85. distinc. vbi videtur subsistere iurandum, vt non accedit, seu promoueat ad Epilcopum. Idem videtur sentire gloss. cap. innocens, in versic. argumentum est, 22. quest. 4. & idem non notat Hug. 20. quest. 3. in princ. dum inquit, quod si quispiam iuret quod nunquam erit clericus, vel regularis, huiusmodi iuramenta subsistere, & seruanda esse: Nam vt ipse existimat, huiusmodi iuramenta omnia seruanda sunt, in quibus aliquid iuratur, quod neque mortale sit, nec veniale, & idem videtur sentire Gram. in §. fin. 22. quest. 4. Archidiac. vero post Rainutium contrarium verius esse arbitratur in dicto cap. si quid. & in dicto cap. innocens, inquiens huiusmodi iuramentum consideratur in dicto cap. Archidiaconum, non ex eo capite quod sit obligatorium, sed quia mortaliter peccat ille, qui ita temere iurandum interponit. Dñs namque sunt iniustitia species, videlicet malum committere, & à bono declinare vel recedere, & ideo quemadmodum iuramentum ad malum committendum obligationem non inducit, pariter etiam, vt non obliget ad declinandum à bono dicendum est, cum nulla in huiusmodi iureiurandi obseruatione utilitas considerari possit. Præterea cum dominus ad opera perfectionis suadeat, vtique tali suasioni repugnaret, si intelligeremus, vt talis iuramenti occasione à bono abstineret. Nec obstat videtur dictum Gratiani præterea quod, vt Archidiac. arbitratur, non inquit illa iuramenta obliga-

tionem inducere, sed obseruari non prohiberi, de hoc tradit Felin. in d. cap. si vero, in versic. in gloss. in verbo, iuramentum, num. 7.

## C A P. CCXCV.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Iurans Sempronium non alloqui, vel in eius domum non ingredi, vel quid simile, an illud obseruare tenetur.

**Q**uærit præterea Abbas in d. cap. si vero, num. 5. extra de iureiuran. † si fortasse quispiam iurauerit Sempronium non alloqui, vel eius domum non ingredi, vel aliud quid simile, an iurans tale iuramentum adimplere teneatur? & inquit iurantem ad obseruantiam talis iuramenti obligatum non esse, & ideo contrarium facere posse pia intentione amore Dei, vel ob proximi salutem, vt notatur in cap. cum quidam, extra de iureiuran. Bald. in l. si ad offendendum. C. de reb. credit.

## C A P. CCXCVI.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

Iurans non alloqui patrem, non obligatur, prout etiam non facere opera charitatis.

**Q**uæsiuit iterum Abbas in cap. cum quidam, num. 6. extra de iureiuran. † si fortasse quispiam patrem suum non alloqui iurauerit: an tale iuramentum eum liget, in qua dubitatione licet nonnulli illud ligare & obligare voluerint, quia potest obseruari sine interitu salutis æternæ: At Butrius, quem sequitur ibidem Abbas, inquit existimare, quod quatenus tale iuramentum ad non loquendum cum patre dirigitur ob indignationē, vel quia illi officium charitatis exhibere nolit obligatorū non esse, & ideo absolutione nō egere, & ratio est, quia militat contra charitatem. Et idem quoq; arbitratur, si tale iuramentum de non loquendo cum consanguineo præstetur, ac etiam cum extraneo: Nam habemus debere fratri suo, quam primum reconciliari, si vero tale iuramentum præstetur iusta aliqua de causa, vtputa quia illius fortasse colloquia sunt corruptibilia, & tunc inquit iuramentum subsistere & obligare, nisi iurans absoluatur: in dubio tamen tale iuramentum bonum aspectum non habere, quia posset esse obligatorium, nisi iurans absoluatur, vt ibi. Verū vt habetur in additione ibi in verbo, bonum aspectum, hoc non videtur verum, & Butriū male loqui, cum text. in dicta l. cum quidam, dicat esse illicitum, & contra rationem, & ideo loquitur in casu certo, & ideo mandat ei pœnitentiam imponi de eo, quod male iurauerat: & ideo dixit ibi gloss. absolutionem esse ibi ad cautelam, vel intelligentem esse de absolutione facti, ne ita iniurians de facto notetur de transgressione iuramenti, & quod tale iuramentum ob indignationem præstitum non liget, optime probatur text. in cap. qui sacramenta, vigesima secunda, quest. quarta, & in §. proximos, de pœnit. distinc. 2. & generaliter quibus modis iuramentum dicatur illicitum, inquit Abbas in dicto cap. cum quidam, dixisse in cap. si vero, extra

*extra de iure iurand. & qui nam sint illi, qui possint à iuramento absoluere, inquit notari in capit. i. & in cap. de bitores, eod. tit. extra de iure iurand. & in cap. quanto, extra de iure iurand.*

## C A P. CCXCVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Iuret si fortasse prælatus non alienare Romano Pontifice non consulto, intelligitur tantummodo de ius, quæ sunt de mensa ecclesia, & sic de iis, quorum dominium directum & utile est apud ecclesiam, non autem ad bona feudataria, vel emphyteutica.*

**Q**uæsiuit iterum Abbas in c. ex parte, num. 3. ex tra de feude. † an iuramentum præstitum à prælato non alienandi bona ecclesiastica inconsulto Romano Pontifice, ad quæ bona referatur, an vero ad ea tantum referendum sit, quæ de mensa illius ecclesiæ esse dicuntur, id est ad eas res referatur, quarum dominium directum & utile est penes ecclesiam, non autem ad bona feudataria, vel emphyteutica: quandoquidem si talia ad ecclesiam reuertantur, potest prælatus ea alteri iterum concedere non obstante eo de non alienando iuramento. & ratio est, quia non videtur noua alienatio, ex quo à principio fuit sancitum in emphyteusim dari solita, sicut vel in feudum. & inquit quotidie consueuisse allegari ille tex. & de hoc inquit Abbas in d. c. ex parte, tractasse in d. c. vt super, extra de rebus eccles. non alien. & huiusmodi iuramentum inquit Abbas hodie communiter episcopos præstare consueuisse, nec non & Abbates Romano Pontifici.

## C A P. CCXCVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Iurans secreta non reuelare, si deinde in testem producatur, an reuelare posse.*

**I**terum quæsiuit Abb. in cap. dilectus. numero 5. ex tra de excessibus prælato. Quid dicendum sit, † si quis fortasse iurauerit non reuelare secreta, & deinde in testem producatur, an reuelare possit, cum inter duo contraria iuramenta positus videatur. Hac de re loquens Innocent. in cap. qualiter, il primo, extra de accusat. inquit posse, propterea quod aut intendebat iuramentum extendere ad hunc casum: & tunc quod fuerit temerarium, dicendum est, cum quis se ad huiusmodi iuramentum adstringere non possit, cum sit vt testis contra publicam utilitatem. Aut vero de huiusmodi casu non cogitauit, & runc tale iuramentum ad hoc non extendit, argumento capit. i. de iure iurand. libro 6. & id probat Hostiens. & pro ea gloss. facit text. in c. cum ad quorundam, supra eodem titul. de excessib. prælato. & sic ex prædictis apparet, posse eum qui iurauit, secreta non pandere, vt testis secreta referre. & late tradit Fel. in cap. si. extra de testib. cogen. in d. versicul. vide supra vbi de hoc diximus. & quod tune ad hunc casum non extendatur, est text. in capit. humana aures. 22. quest. quinta, & tradit Angel. Aretin. in tractat. malefic. in vers. tu hai tradito la tua patria. vbi loqui-

tur de sacerdote, cui aperta est proditio patriæ, & querit, an teneatur reuelare, & subdit Abbas eodem in loco, quod si dixisset in pœnitentia, non tenetur illud reuelare, per text. in dicto capitulo dilectus, extra de eccles. prælat. subdit autem Abbas tunc intelligi in pœnitentia dictum, quando queritur salus animæ: secus si causa lasciuæ: & ideo notabiliter inquit Innocentius in capitulo omnis, extra de pœnitent. & remissio. & ratio est, quia tunc confessor non tenet locum Dei.

## C A P. CCXCIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

*Coniuges si iurent nunquam diuertere ab iniuicem, an huiusmodi iuramentum in quolibet casu sit seruandum.*

**V**erit iterum Abbas in dicto capitulo tua nos, il secondo, numero septimo, extra de iure iurand. cum gloss. ibidem, in secunda parte, † si coniuges iurent nunquam diuertere, an huiusmodi iuramentum in omni casu sit seruandum? Et in primis, quod non obstante tali iuramento generali, diuertere possint, inquit Abb. esse bonum text. in simili, in l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. Vbi habetur, quod si locator promiserit non expellere inquilinum, intelligitur si non soluerit pensionem, & ex consequenti si non fecerit id, ad quod tenetur ex natura contractus, prout etiam si promisi filium non exheredare, intelligitur nisi causam ex hereditationis dederit. l. quidam cum filium. ff. de verborum obligatio. prout etiam, si promisi te non offendere, intelligitur nisi causam & occasionem offendendi dederis. qui seruum. ff. de verborum obligatio. & generaliter secundum Bartol. ibi, facit text. in dicto §. ad omnes contractus, in quibus vltro citroque aliquid proinmittitur. nam in illis casibus quis non tenetur seruare illud, quod promisit seruare, prout de hoc videtur text. in l. Julianus. §. offerri. ff. de actio. empti. Debet igitur iuxta prædicta intelligi iuriurandum illud de non diuertendo, vt puta si alter legem conjugij seruauerit, id quod ex eo videtur comprobari, quod alioquin matrimonia non essent libera in dissolutione ex iusta causa, contra text. in l. libera. C. de inutilib. stipulatio.

Limitatur autem prædicta conclusio in aliquibus casibus: & primum in casu, in quo religionem ingredi vellent: nam tunc si alter alteri facultatem det, tali iure iurando contrauenire possunt. & ratio est, quia tunc iuramentum illud inquit in melius commutare dicuntur, & ideo velle videtur quod aliter stante ipso iuramento, diuertere non possint.

Secundo limitatur, quando adest iusta causa, vt puta consanguinitatis, vel alterius perpetui impedimenti: nam tunc iuramento non obstante quilibet eorum ad diuortium agere potest, cum in eo subaudiatur, nisi ex causa, propter ea quod contra ius tunc iurasse non intelligitur, vt habetur in capitul. Quintauallis, extra de iure iurand. & in capit. ad nostra, il tertio, eodem titul. Nam vt inquit Abbas in dictis exemplis, conclusio Ioannis Andreæ dubium non habet, cum generale iuramentum ad casum peccatum nutrientem ex tacita iurantis in-

tentio non extenditur: quandoquidem quando eum animum habuisset tale iuramentum, ex quo esset illicitum, non ligaret, ut probatur in *capitul. i. libro sexto.*

Sed dubium est, quid dicendum sit, si diuortij causa legitima oriatur, quam iurans remittere possit ut puta si in eius favorem inducta sit; videlicet si vxor fornicationem commiserit carnalem, vel spiritualem, ut habetur in *cap. quemadmodum, extra de iure iurand.* Vel non soluere dotem promissam, prout notatur in *cap. per vestras, extra de donatio. inter virum & uxum.* vel quid simile, cuius causa diuortium petero possit, non obstante eo generali iuramento, ut ex *iuribus supra deductis* apparat. & ideo secundum praedicta intelligi debet illud iuramentum de non diuertendo, videlicet si alter legem coniugij seruauerit: Vnde ibidem subdit Abbas, *numero octauo*, glossam penultimam, querere, an talis mulier possit propria auctoritate iuramento non obstante ad suum virum redire. & inquit posse: & idem dicit tenere Hostiens. Tan. & Goffred. At contra tenere Ioann. Andr. inquiens hanc ultimam sententiam tunc procedere posse, quando est dubium, an propter incontinentiam & lasciviam tale iuramentum inuicem praestitissent, hanc tamen dubitationem in se cadere non posse, inquit. Aut vero propter continentiam iurauerunt, & tunc ad virum suum sine superioris auctoritate redite non posse arbitratur, iuxta ea quae *supra diximus*. Aut propter lasciviam, & tenetur redire, ex quo iuramentum temerarium fuit, ut ibi in *text. habetur, & ita ex praedictis* satis dicendum est apparere de iuribus huius conclusionis.

## C A P. CCC.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

- Iurans non dicere laudum seu sententiam nullam, potest opponere nullitatem ex defectu nullitatis seu auctoratis.

**Q**uartit itidem Riminal Senior in *consil. 355. numero 5. vol. 2.* ille qui iurauit non dicere laudum, vel sententiam nullam, possit tamen obiciere exceptionem nullitatem laudi vel sententiae: & inquit posse, prouterea quod tale iuramentum non intelligitur de nullitate, quae prouenit a defectu nullitatis, qui nec deductus fuit, nec petitus in cōpromisso, id quod comprobatur arguendo à simili statuto, de quo ibi, quia apparet praedictū laudum seu sententiam nullam extitisse, ut est *tex. in l. in hoc iudicio ff. cum divid. & not. Bar. in l. prima. ff. si aduers. rem iud. & in l. fina. ff. de iuri d. om. iu. & tradit Bal. post antiquiores in l. prima. ff. de errore calculi.* Praterquam quod videretur etiam iniquum, si ea petita dicerentur. & ratio est, quia presupponendo quod es- sent petita, atramen non esset intelligendū de nullitate vel iniquitate notoria, ut habetur in *capitul. ex conquestione, extra de restitut. spoliato. & tradit etiam gloss. in l. prima. §. penult. ff. de tabul. exhiben. ybi Baldus in l. prima. C. ne lice. tert. prouo. & tradit Anton. Butri. & alij in capit. inter ceteras, extra de iudic. & recentiores in d. l. de pupillo. §. qui opus. de oper. noui nunciata. & ideo talis nullitas ex eo proeedens, quod*

sit prouinciatum ultra petita & super iis, super quibus compromissum factum non est vti notoria sunt. l. verbum oportere. ff. de verborum significat. & l. fina. ff. de fideicommiss. liberta. & capitul. licet Heli, extra de simonia & tradit Bal. in *capitul. unico, de milite vasall. rejecta non censemur.* Pariter etiam obicii protestiniquitas, de qua supra, vti notoria & evidens.

## C A P. CCCI.

## A R G U M E N T U M.

Iuramento de non contraueniendo obligatus, an excludatur à supplemento precij.

## S V M M A R I A.

- Iurans non impugnare contractum, potest tamen simpliciter petere pretij supplementum, in quo deceptus fuit.
- Promittens non contravenire contractui ratione minoris etatis, non impeditur agere remedio. l. 2. C. de rescinden. venditione.
- Remedio l. 2. C. de rescind. vend. agere potest, qui deceptus est ultra dimidium iusti pretij.
- Periurium incurrit qui petit alternatiue contractum rescindi, vel pretium suppleri.

**Q**Væsiuit præterea Cephal. in *consilio 115. numero decimo, volum. primo, auctoritate Bartol. & Bald.* per illum textum in l. que sub conditione. §. primo, ff. de conditio. *Institutio.* dum voluerunt, vt ille † qui iurauit contractum non impugnare, possit tamen simpliciter petere: ut pretium suppleatur, in quo fuit deceptus: nam qui promittit non contravenire † contractui ratione & causa minoris etatis, non tamen impeditur † reinedio. l. secunda. C. de 3 rescinden. vendi. agere, & ex consequenti petere pretij supplementum, ut voluit gloss. & eam sequuntur Bartol. Bald. & alij in dicta l. secunda, & in capit. pen. extra de emptio & vendit. cum aliis, quos refert Corne. in *consilio undecimo, numero octavo, volum. 3.* Illud tamen animaduertendū est, quod si fortasse alternatiue peteret † contractum ipsum rescindi, vel 4 pretium suppleri, in periurium incideret, vt refert & sequitur Felyon. in c. inter ceteras, profinem, in vers. alias fallentias collige, extra descript.

## C A P. CCCII.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

- Iurans post votum castitatis ducere vxorem vel adimplere omnia, quae ab eo petentur, iuramentum implere non tenetur, ducendo vxorem, vel prestando vel adimplendo quid turpe.

**Q**uartit etiam Robettus Maranta in suo specula *lo aureo, in 2. parte, actu 9. iudicij, numero 21.* † an si quis post votum castitatis vxorem ducere iuret, vel adimplere omnia quae ab eo petentur, iuramentum implere teneatur, ducendo vxorem, vel prestando & adimplendo aliquid turpe. Et inquit omnino non teneri. t. cum iuramento, extra de homic. & c. est etiam, & c. unusquisq. 22. q. 4.

C A P.

# De Executionibus, Tractatus §.9. 867

C A P. CCCIII.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum de non reuocando ob ingratitudinem, an subsistat.

S V M M A R I A.

- 1 Pactum de non reuocando ob ingratitudinem, etiam quod iuramento vallatum sit, non subsistit.
- 2 Feudum guardia & Castaldia, quid sit, & quod anno defnat.
- 3 Promissio de non reuocando pretextu ingratitudinis, quando non subsistat.

**Q**Væsiuit Affl. in c. i. n. 13. in tit. de feu. guard. atque castaldia, † an pactum de non reuocando, etiam ob ingratitudinem, si iureiurando vallatum sit, subsistat: Et loquitur de feudo dato castaldo, vel ei qui custodit pro sua custodia vel guardia: quidem in dubio annum durat, † & est speciale in feudo guardiae seu castaldiæ, & in feudo quod datur a mercede alicuius rei, cum talia feuda anno perficiantur, licet alia ad hæredes trâseant. i. ad filios & descendentes, & ideo inquit, qd si dominus promisisset illud non reuocare praetextu ingratitudinis, huiusmodi pactum in donatione appositum secundum vnam opin. nō subsistere, & præsertim si manus violentas iniecerit in donantem, tale pactum in donatione appositum secundum vnam opinionem non subsistere, vt dixit Spec. in tit. de don. §. 1. secundū, quod cum intelligit ibi Io. And. in addi. & tenui Bal. in d. c. in tit. de don. & in c. i. in tit. de feu. guard. & castal. Et licet Io. And. ibi dicat tale pactum ob iuramentum subsistere, vt est tex. in c. quemadmodum, extra de iureiur. & tradit But. in c. fi. extra de don. ob id qd ecclesiæ denunciari possit, vt ipse dixit, & tradit etiam Alb. in l. fi. C. de reuoc. don. attamen Barba. in d. c. fi. inquit, huiusmodi pactum etiam qd sit iuramento vallatum, non subsistere, quē sequitur Affl. in predicto loco, ob id qd est cōtra bonos mores, vt dixit Bal. in l. fi. col. 4. C. de pact. & Spec. in loco supra relato. Accedat etiam iuramentum semper intelligendū esse secundū contractū, in quo apponitur, vt dixit Abb. in d. c. quemadmodum, & nos suo loco diximus. Et si lex. in l. stipulatio hoc modo, cōcepta, col. pen. ff. de verb. obligationib. Io. And. opinionem sequatur ad Spec. videlicet quod tale pactum non subsistat, sed iureiurando firmetur, quanquam possit etiam ecclesiæ denunciari: & ita inquit practicam obseruare. subdit tamen Affl. sacerorum suum. s. Io. Ant. Caraftam, in rep. l. fina. C. de pact. sequi opinionem Ludouici in d. l. stipulatio hoc modo concepta dum inquit, quod si tale iuramentum super eo pacto appositum est prohibitio nō subsistat, per ea quæ dixit Bald. in l. si quis in posterum. C. de bon. libert. dum vult huiusmodi pactum non valere, etiam quod iureiurando vallatum sit, per tex. in c. i. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firm. rbit tradit Bal. colum. pen. eiusdem, §. dum inquit, quod si quis nolit denunciare maleficium, iuramentum non subsistit, vt dicit Intoc. in c. ad nostram, extra de iureiur. propterea quod iniquitatis via aperienda ad delinquendum non est, nec etiam delicta impunita remanere debent, vt dixit Ioan. And. in nouella. in cap. quia pleriq. de off. ord. lib. 6. Illud enim, quod vertitur in malum vsum, seruandum non est, etiam quod veniale tantum peccatum induceret, vt notat Ar-

chi. in c. 2. de pact. lib. 6. & rursus idem Bald. in cap. 1. in tit. de feudo guardia, in vers. queritur, si faciens, inquit iurantem efficere non posse, quin leges in sua dispositione locum habent, vt habetur in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in l. ius publicum. ff. de pact. & tradit. Cyn. in l. i. C. de sacro. eccl. & ita inquit consuluisse Affl. sed mandasse, vt absolutio obtineretur ad effectum agendi post reuocationem donationis ob ingratitudinem, ac etiam vt peteret absolutionem ex ea, quod reuocauit & venerit contra iuramentum de non reuocando, & de non petendo absolutionem à iuramento.

C A P. CCCIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurans non accusare, an posset denunciare, vel officium iudicis implorare.

**I**Terum quæsiuit Matth. Affl. in l. vñca. §. item sacramenta, in 7. notab. numero 14. libro 2. feudo. in tit. de pace iuram. firman. † an ille, qui iuravit non accusare, denunciare possit, seu officium iudicis implorare. In hac quæstione inquit Affl. loan. And. voluisse eum posse, vt tradit in c. ad aures, in fi. extra quod met. cau. & subdit hoc idem notare Doct. in c. venies extra de accusatio. & optime facete illud, quod notatut in c. tua, in gl. fi. extra de cognatio. spiritua. & tradit Bar. in l. diuus. ff. de custo. reo. & in l. i. circa finem. ff. quod vi. aut clam. & facit illud, quod notatur in c. ad nostram noueritu, extra de iureiurā.

C A P. CCCV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum vbiung, producit iniustiam, vel salutis propria dispendium, vel aliud huiusmodi impedimentum, non obligat, vel absolutione necessaria fit.
- 2 Iurans nunquam aduocare sine salario, an absoluīt à iuramento debeat.

**Q**Væsiuit etiam Iaf. in §. item si quis. numero 68. 1. insit. de actio. vbiunque ex impedimento & non obseruantia iuramenti oritur iniustitia, vel propriæ salutis dispendium, vel aliquod aliud detrimentum, huiusmodi iuramenta obligationem non producere. et. secundo, de pact. in sexto, prout etiam vbiunque peius est seruare tale iuramentum, quam non seruare: vt dixit Bald. in l. ad excludendum. C. de reb. cred. id autem. vt ibidem inquit Iaf. sex modis, quos ibidem ipse prosequitur, accidere potest, vt puta si forrasse quis iuret committere homicidium vel cum iuramento dicat leges ad homicidia tendentes amplecti, vel si doctorandus iuret nunquam sine salario aduocare, † vel iuret aliquis non doctorari vel aliquem alloqui, vt supralatinus diximus: Nam in his casibus & similibus ibi à Baldore relatis inquit Bald. absolutionem necessariam non esse, & ideo eam ob causam tam clericos quam laicos à periutio excusat, ac etiam ab amissione beneficiorum ac dignitatum, & id opiniunt & diligerenter notandum, inquit Iaf. eodem in loco & inquit adnotasse Ioannem And. in cap. primo, de pact. in no-

uel. & idem tradit Ias. ibidem, num. 69. de eo, qui iurauit non mutare testamentum, & mutauit, dum vult. ultimum testamentum non obstante iuramento subsistere, ut scilicet mutans in perjurium non incurra, ut supra latius dictum est. & vide latius per Ias. ibidem, num. 70. & de hoc tradit Pet. de Anchar. in cap. accessorium, in 6. quæstio. de reg. iur. in 6. dum inquit Pontificem non ligari iuramento, quod eius potestati derogatur, & est text. in cap. vbi periculum. s. ceterum, & de electio. in 6. vbi est quoque gl. notabilis, quæ vult quod vbi præstitum est iuramentum ad derogandum potestati Pontificis, ipso iure non subsistat, addens in eo casu absolutionem necessariam non esse.

## C A P. C C C V I .

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M .

1 Regula religiosorum si aliquid faciendum esse contineat, & ad hoc ut illud obseruetur pena aliqua apposita sit, vt putatio ieiunium, & tales religiosi iurarent seruare dictam regulam, an contra faciendo in perjurium incurrant.

**Q**uæsiuit præterea Ias. in dicto §. item si quis, numero 78. Institut. de actionibus, prout dubitauit etiam Ioan. Andr. post Hostien. in cap. relatum, extra ne clerici, vel mona. t. an si fortasse aliquod religiosorum monasterium disponat quædam obseruanda esse, & ob id ea pena aliqua imposita sit, v. p. ieiunium, an religiosi contra facientes licet iurarent regulam illam seu disposita seruare, an contra facientes in perjurium vel peccatum mortale incurvant, nec ne. Et in hac quæstione inquit Ias. eodem in loco, non incurtere. & ratio est, quia intentione illius, qui regulam concessit, vel ea obseruari mandauit, suum præceptum quo ad illam penam limitasse videtur, & id inquit scholarium causa adnotandum esse, qui itur seruare statuta, quæ mandant aliquid fieri debere, vel non fieri sub aliqua pena.

## C A P. C C C V I I .

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M .

1 Iurauerit si forte quispiam non iurare, & deinde in testem producatur, an ut iuret a iudice compelli debet.

**Q**uæsiuit iterum Ias. in dicto §. item si quis, numero octuagesimo, Institu de actio. t. an si fortasse quispiam non iuraturum se iurauerit, si forte in testem producatur, an possit a iudice compelli ut iuret. & concludit compelli posse, ut inquit Speculator in titulo de testibus, in §. postquam in vers. quid si qui compelli posse. & ratio est, quia in quolibet iuramento videtur semper excepta superioris authoritas. & idem tenuit Ioan. Andr. in capitulo quia plerique de officiis ordin. in 6. & idem voluit Ludouicus Roman. in rub. extra de arb. vbi inquit hanc quæstionem a iuristis tactam non esse, sed ipsum tantum in prædicto loco attigisse. & Iason ibidem inquit allegare inter terminis gloss. notabilem in capitulo constitutus, in vers. necessitatem, extra de rescript. & text. in capi-

tulo veniens, vbi est etiam gloss. in versicul. superioris, extra de iure iuri. & optime inquit facere text. in l. fin. in princip. ff. ad municipal.

## C A P. C C C V I I I .

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iurans non alienare aliquam rem, si deinde alienes, non valet alienatio.
- 2 Matrimonium secundum contractum contra iuramentum valet.

**Q**uæsiuit iterum Ias. eodem in loco, num. 23. quod si aliquis promiserit non alienare aliquam rem, & illam promissionem iure iuriando confirmauerit, si deinde alienet, illam alienationem iure iuriando non obstante subsistere, & dominium transferri in recipientem, & si alienans in perjurium incurrat, & ad interesse teneatur. & ibidem etiam voluit, ut habetur in cap. ex literis, extra de sponsalib. vbi habetur subsistere matrimonium contractum contra iuramentum. t. quandoquidem si quis z. iurauerit contrahere matrimonium cum aliqua muliere, & deinde cum alia contrahat, secundum matrimonium non obstante iuramento subsistit, & si secundum cocontrahens matrimonium in perjurium incidat, ut est etiam text. in cap. de illis, eodem titul. de sponsal. & late ibidem prosequitur idem Ias. nobis.

## C A P. C C C I X .

Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A .

- 1 Statutum primum si sit iuramento firmatum, & deinde fiat aliud, quod primo repugnet, secundum subsistit, non obstante iuramento.

**Q**uæsiuit adhuc idem Ias. in dicto §. item si quis, §. 2. ea lege, num. 26. t. an si præcedens statutum iure iuriando confirmatum sit, si deinde aliud fiat contrarium, secundum subsistat. Et in hac dubitatione auctoritate Bartol. in l. omnes populi, in quarta quæst. tertia quæstionis principalis, in vers. circa tertium. ff. de iust. & iure, inquit secundum iure iuriando non obstante subsistere, & primum statutum licet iuramento sit confirmatum, a secundo contrario tolli, & si reuocantes in perjurium incident. Mouetur autem Bartol. eo in loco per text. in cap. primo, in fine, extra de sponsal. sed debuit allegare text. in dicta l. sicut ex literis. mouetur præterea, ut inquit Ias. Bartol. per text. in capitulo primo, in fine, de voto, libro 6. & de hoc late tradit Alberi de Rosate in authen. hoc inter liberos. C. de testamen.

## C A P. C C C X .

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M .

- 1 Canonicus si aliquis ab aliis canonicis recipiatur ultra constitutum numerum per statutum iure iuriando confirmatum, an iure receptus dicatur. & si canonici eum recipientes ultra numerum prædictum incident in perjurium.

Quæ-

**Q**uæsivit iterum Iason in l. si ita quis promisit. §. ea lege, numero 27. iuxta illud quod dixit Ioannes Andreae ad Specul. in titul. de legat. in §. nunc tractemus, in versicul. sed si legatus reseruauit. dum inquit, † quod receptio alicuius in canonicum à canonnicis facta vltra destinatum numerum à statuto iureiurando vallato, vt habetur in capitulo cum M. Ferrariensis, extra de constitut. an subsistat, & si canonici illi qui ita receperunt in periuirum incidisse dicantur, prout etiam tenuit Ioann. Andre. & sequuntur Butrius Anch. & Abbas in dicto capitulo dilecto, extra de proben. & concludant electionem illam subsistere, non obstante quod numerus fuerit destinatus à statuto iureiurando confirmato.

## C A P. CCCXI.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

i Iurans vendendo domum litem emptori non mouere, si deinde iura alicui cedat, qui litem emptori moueat, an periurus dicatur.

**Q**uærit iterum Ias. in l. si sic legatum. §. si quis ita num. 7. ff. de leg. i. † si fortasse quispiam domum vendat, & iuret litem emptori non mouere, si deinde cedat alicui iura, qui emptori litem moueat, an in periuirum incidisse dicatur. & vt in periuirum incidat, concludendum arbitratur, vt dixit etiam Speculator in tit. de arb. §. sequitur. versi. sed pone, in compromisso. quem refert & sequitur Ludo. Rom. in l. sed si hac, in prin. ff. de in ius voc. vbi tamen Bald. ex gloss. argumentum contrarium norat, vt scilicet ille qui jurauit soluere Titio, & Titius alteri iura cedat, Titium in periuirum non incidere, licet cessionario non soluat, cum ille qui soluit proprie non frangat fidem. Hanc conclusionem sequuntur Rap. Fulg. & Rom. ibi: Bald. autem ibi id non firmat, sed relinquit cogitandum.

## C A P. CCCXII.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

i Iuramentum non querelandi regulariter non subsistit.

**I**terum Ias. in authen. sacramenta puberum, num. 32: C. si aduers. vendit. querit, † an iuramentum non querelandi subsistat, & concludo inquit non subsistere. Eratio est, quia inuitaret ad delinquendum contra text. in l. conuenire ff. de pact. dotal. & inquit optime facere regulam. l. si iur. §. illud. de pact. & illud etiam, quod notat Innocent. in cap. ad nostram, extra de iureiurand. & tradit Igne. in authen. sacramenta puberum, numero 23. C. si aduers. vendit. & inquit non subsistere. & mouetur eadem ratione, de qua supra, & idem firmat Franc. Curt. in d. authent. sacram. puberum, nu. 16. sed fuit dubitatum, an intelligatur inspecto tempore futuro ne detur materia delinquendi, vt videtur velle text. in d. authen. an etiam præteritum. & inquit, non subsistere etiam quo ad præteritum, vt ibi in verbo, commissorum, quia expedit reipublicæ delicta puniri. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. verum huius opinioni obstarere inquit text. in l. si vnu. §. illud. ff. de pact. Subdit tamen posse for-

tasse respondere ibidem simplicem transactiōem non præjudicare, & ideo idem dicendum sit, accidente iuramento. l. transfigere. C. de transactio. & ideo subdit Curt. text. in d. auth. non probare ea, quæ notat Castrensis, qui reputat text. illum singularem. Nam si recte animaduertatur, ille text. loquitur, quando iuramentum erat præstitum vi, vel metu: non autem de voluntate ergo stet regula, quod nudo pacto actiones ex delicto tolli possint. l. si tibi decem. §. quedam ff. de pact.

## C A P. CCCXIII.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

i Iuramentum non obligat, vbi est enormissima lesio.

**Q**uærit iterum Ias. in auth. sacramenta puberum, nu. 44. C. si aduers. venditio. † an iusfirandum, quod maximam continet laesionem, obliget. Et concludit non obligare, vt voluit Anton. a Butrio in d. c. cum contingat, in 4. membro, extra de iureiurand. dum vult, vt si quispiam contractum faciat, & deinde simpliciter iuret in ipso contractu: tale iuramentum semper intelligendum esse, nisi dolus adfuerit: nam dolus semper exclusus intelligitur. l. omnem. §. Lucius ff. de hi, quæ in fraud. credit. & l. qui tam. ff. de probatio. & l. qui creditor. §. fin. ff. mandat. si igitur de aduersarij dolo appareret, deq; enormi laesione, vtq; sine villa absolutione à iuramento quis illud obseruare non tenet, prout late multa alia subdit ibidem ipse Ias.

## C A P. CCCXIV.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

i Iuret si fortasse quispiam debitor non probare creditum suum, nisi instrumento aliquo inciso, an tale iuramentum subsistat.

**Q**uæsivit etiam Speculator in lib. 2. par. 2. §. 4. p. dendum restat, nu. 6. † Si fortasse quispiam debitor iuret non probare creditum suum, nisi per instrumentum aliquod incisum, an tale iuramentum vim habeat. & inquit nonnullos tenuisse, tale iuramentum non subsistere, nec vim ullam habere, per tex. in l. si diligenti, extra de foro compet. & in l. cum non dubium. C. de locati, & conducti. At Speculator prædictis non obstantibus, tale iuramentum seruandum omnino esse arbitratur, per text. in c. si vero, extra de iureiurand. & ideo subdit consilium esse, vt procuret, an possint testes iudicis officio recipi, vt videtur facere text. in cap. ad nostram, il 2. extra de iureiurand.

## C A P. CCCXV.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

i Iuramentum non dicendi veritatem, non tenet.

**R**ursus quæsivit Speculator lib. 3. parte 1. † si iuretur veritatem non dicere, an teneat & obliget. & decidit non tenere, nec obligare, vt habetur in c. olim, extra de accusatio. & in l. fin. ff. qui satis d. cog. DDd 3 & ideo

& ideo inquit, eum qui iurauit, non teneri, *capitul.*  
*constitutus, extra de testibus.*

## C A P. CCCXVI.

## Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A.

- 1 *Iuramentum de non bibendo in prandio, vel cum effet inuitatus ad ad nuptias, vel non præcedere aliis in sedendo, vel quid aliud faciendo, & deinde contrarium faciat, an subsistat & obliget.*
- 2 *Iurans dare prælato centum de aliquo deposito, an dare illa teneatur.*

**Q**uæsivit etiā Agydius Bellamera in c. & si Christus, n. 16. vers. octauo dicit, *extra de iureiur.* † si forte quispiam ad nuptias inuitatus seu ad prandium, vel cœnā, liquam, iurauerit nō bibere, vel non præcedere aliis, sedendo vel aliquid aliud simile faciendo, & deinde contrafaciat: an huiusmodi iuramentum iurantem obliget. Et in hac quæstione inquit non obligare, vt notat Ioan. And. in c. cuiusq. 22. q. 4. & ita ipse iuris esse arbitratur, & si ibidem subdat idem Bellamera clare decisum non repertire. Addit etiam prædictis vix sine peccato saltem veniali esse posse, vt voluit Archidia. inquit tam pro Ioanne Andreæ facere text. in c. beatus, 22. q. 2. ibi, *affactus diuina reverentia.* Quærerit etiam de † alia dubitatione, vt puta si fortasse quispiam iurauerit dare alicui prælato centum soluere nō teneatur. id tamen intelligit verum esse, si ecclesiæ contemplatione promittat, vt notat Hostien. in c. 2. & Ioan. And. in c. venerabilem, in nouellis, *extra de elect.* vel si per indiuidiam, aut malitiam promittat. §. alij. alias secus 1. q. 1. *iuxta lecta & notata in c. cum inter canon.* *extra de elect.* & in c. repetendum. 17. q. 4.

## C A P. CCCXVII.

## A R G V M E N T U M.

De iuramento de non repetendo  
vſuras.

## S V M M A R I A.

- 1 *Vſurarius si compellat debitorem vſuras non repetere vel repeteret, an tale iuramentum subsistat.*
- 2 *Iuramentum de vſuris non repetendis liberam vſurrum remissionem non inducit.*
- 3 *Relaxatio à iuramento, quando prius relaxanda sit.*
- 4 *Iuramentum de non denunciando vſuras, non tenet.*
- 5 *Iurans non recipere restitucionem vſurarum, an iuramento non obſtante eas recipere poſſit, & quid debere iurantis.*
- 6 *Eleemosyna de alieno non eſt facienda.*

**Q**uærit Abbas in c. tuas, nu. 1. *extra de vſur.* † an si vſurarius efficiat vt debitor iutet vſuras soluere vel non soluere, & sic eas non repeteret, an ipse debitor ecclesiastica censura ab exactione desistere compellatur, exactasve restituere. & ideo Abbas ibidem in primo notabili inquit, † quod iuramentum præstitum de vſuris non repetendis, liberam vſurrum remissionem non inducit. *Quinimo inferre videtur, vt vſuræ magis extortæ videantur.* & ratio est, quia iuramentum interueniente non presumitur a libero iurantis consensu, vt hahetur in

6. *super hoc, extra de renuncia. & ibidem, nu. 5. in gloss.* vbi relaxato prius iuramento, inquit esse potius quandam suppletionem, & ideo velle videtur, vt absolutionem à iuramento petere necesse non sit, proptere quod si id eſſet necessarium, summus Pontifex expressiſſet in eo text. argumento c. ad audiētiā, *extra de decim.* & ideo subdit Abbas ibi, quod aut iudex procedit ex officio non implorato ab ipso iurante, & tunc absolutione opus non sit, quia iuramento nullo modo contrafacit, cum iurauerit non repetere. Aut vero iurauit vſuras non recipere casu quo redderentur, & in tali casu proprieloquitur text. in d. c. tuas. Aut vero illemet, qui, qui iurauit, vult repetere: & tunc procedat illud, quod dixit gloss. vt scilicet prius petatur † relaxatio à iuramento, vt habetur in c. i. *extra de iureiurand.* & ideo notat gloss. quod iurans non repetere absolutionem, petere potest, & si absolutione ad hoc ut repeti possint, inducta videatur. Et hoc ideo inquit procedere, quia primum factum est damnatum, & ideo restringendum est ad iuris terminos tantum: si vero iurasset nō denunciare, † & tunc inquit Abbas ibi, iuramentum non subsistere. Ratio autem est, quia nō potest quis se contra bonum charitatis obligare, euangelicamve dispositionem, si peccauerit, &c. Fundat namq; se denuncians super peccato creditoris, & animæ illius salute, non autem super proprio commodo, de quo videatur illud & notatur in d. c. ad nostram, il. 2. & in c. quemadmodum, *extra de iureiuranz.* Felynuſ vero in c. debitores, n. 14. *extra de iureiuranz.* inquit quod in casu quo quis iuret vſuram restitucionem non recipere, † an posſit eas non obſtante iuramento recipere. & in ea conclusione concludit Hostiens. velle non posse, sed pauperibus restitucionem faciendam esse, vt ipse notat in summa dicti tituli, *extra de iureiuranz.* in §. que censentur, vers. quamvis saluam. Verum cōtrarium inquit Fely. credere Bal. in d. l. 2. car. 17. vers. quo ad nouam. Quia licet iurans eas recipere non poſſit, eius tamen hæres poterit, & debitum certum est. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. ergo alteri soluere non poſſit illud, quod quidem certum est alteri deberi. Nec etiam eleemosyna † de alieno facienda eſt. c. 6. non eſt putanda. 1. q. 1. quinimo furti species eſt de alieno largiri, quicquid dixerit Hostie. Apud quem autem interim vſuræ stare debeant, non declarat, licet fortasse inquietant apud episcopum esse deberet, argumento eorum quia notantur in cap. cum fit, *extra de iudeis.*

## C A P. CCCXVIII.

## A R G V M E N T U M.

## Iuramentum an suppletat conſenſum.

## S V M M A R I A.

- 1 *Iuramentum nunquam supplet defectus conſensus, & ideo non firmat actum, qui ratione defectus conſensus non subsistit.*
- 2 *Iurans in dubio de futuro ſenſiſſe non videtur.*
- 3 *Iuramentum nihil operatur, vbi eſt preſumptio defec- tuſ conſensus.*
- 4 *Ius iuxta renunciationis tempus ſubſiſtens ad futurū ſeu ſuperueniens ius non trahitur post illum.*

Quæ-

**Q**uæsitum est etiam apud nostros iurę consuls, tan̄ iuramentum supplet defectum consensus, & confirmet actum, qui ratione defectus sit minus validus, ut inquit Bar. communiter receptoris in l. si quis pro eo, col. fin. ff. de fidei usq. & probatur in l. fin. C. de non num. pecun. & est tex. & ibi tradit Abbas, in cap. pen. extra de iure iurant. & tradit etiam late Didacus Couarruias in 2. par. relectionis. §.6. nu.5. versic.15. conclusio. & habetur in decis. Pedemon. 112. num. 9. & in decis. 170. numero 19. & tradit Ripal. qui Rome. §.duo fratres, num. 78. ff. de verb. oblig. & Soc. Sen. in cons. 214. num. 7. vol. 2. & Paris. in cons. 95. nu. 23. vol. 3. Nam iurans † in dubio de futuro sensibile non videtur. c. 2. extra de renun. & c. pen extra de iure iurant. & tradit Aret. in cons. 24. col. 1. & 2. & tradit Ioan. Crot. in cons. 12. n. 15. & 16. & Decius in l. non omnis, n. 11. ff. sc̄ert. pet. & consil. 403. colum pen. versicul. cum ergo Stephanus. & in cons. 532. num. 12. & Steph. Bertran. in cons. 28. num. 10. vol. .... & Angel. in consil. 98. col. fina. & Viuitus in suis communib⁹ opinionib⁹, in verbo, iuramentum super contractu simulato, versic. quia consensus deficit. & Imola in c. per tuas, colu. antepen. versicu. nec obstat quod habetur, extra de arbit. & in c. ad nostram, col. fin. versic. ah autem iuramentum, extra de emptio. & vendit. & in c. col. fin. versic. non obstat lex final extra de iudic. & Alex. in l. si conuenerit, colum. 1. versic. nec obstant iura. ff. de iuris. om. iudic. & in l. stipulationes non dividuntur, col. 9. vers. non obstat lex final. ff. de verb. oblig. & Ias. in l. si insulam, colum. antepen. versi. quod remedium, & in l. decem, num. 22. versic. primam regulam. ff. de verbor. oblig. & Corset. in tractat. de iure iur. col. 9. priuileg. II. & Alex. in cons. 37. col. 6. versic. nec obstat lex finalis, vol. 2. & Calcan. in cons. 17. col. fin. versic. nec obstat ultima. & in consil. 19. col. pen. in fin. versicul. quia respondetur. & Gozad. in cons. 57. colum. pen. in fin. versi. non obstat, quod iuraverit. & iterum Alex. in l. sed & si quis §. questum, col. fin. versed Imola in repet. ff. si quis cautio. & Roma. in consil. 517. colum. pen. versi. huic tamen conclusioni, & Iason in l. si quis ita. §. ea lege, colu. 7. versic. septimo ad idem. ff. de verb. oblig. & Aymon Crœu. in cons. 102. colum penult. versic. secundo respondeo, colum. fin. versic. quinto respondeo. & Ruin. in consil. 34. col. 2. in fin. versic. nec etiam obstat, volu. 1. Hanc præterea conclusionem sequitur Tiraquellus in l. si inquam, in prefatione, numero 148. & Bald. in consilio 349. super eo. quod queritur, volu. 3. & Ioannes de Arno. in singul. 59. Et ideo dicunt Doct. & vbiunque de defectu consensus suspicatur, iuramentum nihil operari, ut declarant Bald. & Salyet. in l. 1. C. commoda. cum multū aliis concordantibus, quos nominatim refert idem Tiraquell. in tractatu legum connubialium. in glo. 6. in 4. genere expressi, versicul. quod tamen intellige, & ideo dicitur, quod renuncatio etiam iure iurando vallata in dubio restringi solet, & ius iuxta tempus illitis renunciatio- nis subsistens ad ius futurum † non trahi vel superueniens post ipsam renunciationem, ut est tex. exp̄slus in cap. 2. vbi id notant Butrius & Panorm. in 2. notabili, extra de renuncia. & tradit Georg. Natta in c. quamuis. col. 4. vers. tertio facit, de pact. lib. 6. Præterea, quod iuramentum carens consensus, dicatur carere spiritu, inquit Paris. in cons. 86. num. 51. vol. 3. pere qua dixit Bal. in l. 1. col. 2. vers. modo solet dubitari. C. de oper. libert. & iterum Paris. in consil. 12. num. 68. volum. 2. & in consil. 49. num. 47. volum. 3. Præterea, quod iuramentum ob defectum consensus non subsistat, iterum firmavit Patil. in consil. 12. num. 77. vol. 1. & in consil. 20.

num. 113. ead. vol. 1. & Aret. in d. consil. 24. inquit, quod in dubio iurans de futuro euentu sensisse non censem- tur. d. c. 2. extra de renuncia. & c. pen. extra de iure iurant. & Soc. lun. in consil. 50. num. 18. vol. 2. inquit iuramen- tum non operari, vbi non est consensus. & idem voluit iterum Socinus lunior in consil. 44. n. 48. in eod. vol. 2. & Curt. lun. in consil. 23. nu. 5. vol. 1. & in l. 1. n. 44. C. de pact. vbi etiam dixit iuramentū consensum li- mitatum non augere. & ibidem etiam subdit, iura- mentum super iure de praesenti contingente appo- situm, nullo modo ad ius in futurum competitu- riū trahi posse, vt voluit Alexan. in consil. 189. summi Redemptoris. col. 4. vol. 2. vt latius ibidem per eam. & ite- rum idem dixit Curt. lun. in l. 1. nu. 14. ff. si quis in ius vo- cat. non ierit. Præterea quod iuramentum nihil ope- retur deficiente consensus, tradit Cephal. in consil. 207. num. 67. vol. 2. & ultra relata relatos supra adducit Bal. in l. 2. col. 3. in fin. C. derescind. vend & Bal. in l. fin. nu. 2. ff. qui satisfia. eogan. & in l. 3. in fin. C. si aduers. rem iudi. & Ang. in consil. 94. in fin. & Paul. Caſtrenſ. in consilio 385. num. 2. vol. 1. & Rom. in consil. 269. num. 2. & Barbat. in consil. 70. colum. 3. in fin. vol. 3. & iterum Rom. in consil. 427. num. 24. & Alex. in consil. 28. num. 12. vol. 1. & Socin. in l. si mihi & tibi. §. legatis. num. 12 ff. deleg. 1. & in consil. 40. num. 7. vol. 1. & in consil. 159. nu. 30. vol. 2. & in consil. 102. col. 2. vol. 3. & in consil. 25. nu. 13. volu. 4. & iterum Ioann. Cephal. in consil. 94. nu. 35. vol. 1. & tradit etiam Ias. in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. nu. 16 ff. de leg. 1. vbi limi- tat, quando adsit consensus saltem in genere, vt di- xit Bald. in l. 1. quaſt. 3. C. commodiati. sed de hoc vidi- mus supra, cum tractaremus, an habeat vim expreſſi. & idem voluit Didacus Couar. in tract. variar. reſolutio. lib. 2. cap. 14. nu. 1. vers. Quinto idem esse existimo. & de hoc trahit etiam Hippol. Riminal. in consil. 77. n. 32. & 33. vol. 1. & Soc. lun. in consil. 8. nu. 13. vol. 4. & in consil. 20. numero 33. eodem volum. 4. & quod iuramentum non operetur ultra consensum, tradit Ripa in l. pri- ma. §. si quis ita. num. 28 ff. de verb. obligat.

## C A P. CCCXIX.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum an restringatur ex in- tentione iurantis.

### S U M M A R I A.

- 1 Iuramentum ultra intentionem iurantis non exten- ditur, nec consensum supplet.
- 2 Renunciatio iurata non trahitur ad eos casus, quos non iurata non includeret.
- 3 Gabella conductores Rauennatis cogi non possunt ad obseruandum contenta in instrumento ob id quod sterilitas illius anni erat casus valde insulitus.
- 4 Casus insolitus dicitur, de quo verosimiliter non fuit cogitatum, & alia multa de casibus fortuitis.
- 5 Casuum fortuitorum vbi non subsistit generalis re- nunciatio, etiam simpliciter facta non tenet, etiam quod iuramentum contineat.
- 6 Fideicommissi fuisse in genere cogitatum non sufficit,

E X prædictis etiam oritur similis dubitatio, an scilicet † iuramentum ultra intentionem iu- rantis extendatur. Et quod non extendatur, com- muniter concludunt Doct. propterea quod ultra eorum intentionem consensum non excludit, vt

inquit Thom. Gram. in decis. 66. num. 18. per text. in d. l. fin. C. de non num. pecun. & Natta in consil. 45. num. 8. vol. i. & ideo eodem in loco dixit, t̄ renunciatio-  
 nem non iurata ad eos casus quos non iurata non includit, vt inquit Bart. in l. sed & si quis. §. quæstum, in ff. si quis cautio. vbi etiam tradunt Bald. & Angel. & Bald. iterum in cap. 1. col. 2. in titul. de controvers. feudo. apud pares termin. & Ioan. Andr. & Butr. in cap. 1. extra commodati. & Cynus in l. i. quæst. 3. vbi etiam tradit Sall. colum. fin. C. commodati. & ibi responderet ad illud, quod dici solet, iuramentum vim expressi habere. & idem etiam tradit Natta in consil. 426. num. 24. vol. 2. vbi id etiam locum habere arbitratur, quando consentiū ex iuris præsumptione non adesse præsumeretur. & ita intelligit tex. in d. l. fin. C. de no. num. pecun. videlicet tunc iuramentū nihil operari, quia in confessione mutui lex intra biennium consensum non adfuisse præsumit, & ideo ex defectu consensus iuramentum non ligare, prout inquit eriam declarare Bart. in d. l. si quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiuso. & Bald. in l. i. quæst. 2. C. commodati. & Imol. in cap. per tuas, extra de arbit. & in l. i. versic. fin. ff. de iudic. & Neuiz. in consil. 22. num. 37. expresse inquit iusfirandum iuxta voluntatem & intentionem iurantis intelligendum esse. c. beatus. 22. q. 2. c. curauit Dauid. in eadem causa, quæst. 4. & c. humana aures. 22. q. 5. & tradit gloss. in cap. veniens, extra de iureiur. Et ideo ibidem infert ad enormem laesionem. & Hieronym. Grat. in consilio decimquinto, numero 11. volum. i. pariter vult, iuramentum consensum non supplere, vbiunque lex eum non præsumit. vnde est vt tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. quando iuri censura in aliquo casu non prælumitur consensus, locum non habeat, secundum Rom. in consil. 517. in casu proposito, col. 10. in fi. & Aret. in d. cōs. 24. quætnor dubia, col. 2. & Anch. in consil. 200 n. 2. vbi vult iuramentum vltra iurantium intentionem non extendi, ac recipientium, per tex. in c. si vero, & in c. ad nostrā, extra de iureiur. Præterea hanc eandē conclusionem sequitur Alci. in consil. 157. nu. 5. vbi etiam infert t̄ ad gabellarum Rauennensium conductores. & inquit ad obseruandum cōtentā in instrumento compelli non posse ob id, quod sterilitas illius anni esset valde insolita, & ideo comprehensa non videatur sub generalitate verborum pacti, propterea q̄ suscipiens in se casum & aduersam fortunā, de huiusmodi casu non tenetur, vt inquit Barto. quem sequuntur communiter Scribentes in d. l. sed & si quis. §. quæstum. ff. si quis cautio. per text. in l. fistulas. §. frumenta, in verbo, immoderata, & contra consuerudinem tempestatis. ff. de contrahēn. empt. & idem dixit Alexander in consilio vigesimo octavo, in 2. dubio, vol. 1. vbi consuluit, conductorem non teneri de casu siccitatis insolite, ampliando etiam hanc cōclusionem in casu, in quo interueniat iuramentum. & ratio est, quia de tali casu cogitatum non censemur: & iuramentum, vt diximus, contra consensum non operatur. Et idem quoq; voluit Alex. in consil. 108. vol. 3. & Socinus Senior in consil. 123. circa præsentem, volum. 4. & Ioan. Firma. in tract. de gabel. in 2. parte, quæstio. 25. Præterea quod iuramentum contra mentem & consensum nihil operetur, tradit Menoch. in consil. 84. num. 24. vol. 1. & Rota Romana in decis. 1. in fin. de iureiurand. in nouis. & Barbat. in consil. 219. numero 11. volum. 2. & in consil. 270. num. 10. & ideo dixit Patil. in consil. 95. num. 13. vol. 3. iuramentum intelligi super principali natura con-

tractus, super quo apponitur, nec ad plus se exten-  
 dere, & Socin. Iun. in consil. 48. num. 28. volum. 1. & in  
 consil. 50. & in consil. 144. nu. 35. eodem vol. 1. Dicitur autem casus insolitus t̄ ille, de quo verosimiliter non fuit cogitatum, vt puta quia accidit præter cognitionem prudentis viri, & si à prudentissimo fortasse præuideti posset, vt inquit Corn. in consil. 12. vol. 4, vel ille qui communiter contingere non solet, secundum Alex. in d. consil. 108. vt pura pluvia insolita, de qua cogitatum non præsumitur, vt quæ raro in ea regione continere consueverit. Sed de hoc infra latius tractandum erit: cum inspiciemus & queretur, quando iuramentū ad non verosimilia non extenditur. Item hanc eandem opinionem sequitur Bertrand. in consil. 361. num. 1. vol. 1. vbi inquit iuramentum nō extendi ad verosimiliter non cogitata, & ideo non obligare vltra consensum iurantis. & ideo infert ibidem ad regulam, quam ponit Bart. in d. l. si quis pro eo, in ff. de fideiuso. quod quando contractus deficit ratione consensus, tantum importat iuramentum, quantum contractus simplex & non vltra. Nam iusfirandum, vt inquit Oldrad. in d. consil. 187. cum mulier donatrix, obligationem non auget: sed ei intra suos limites existenti religionis vinculum adiicit. & ibidem etiam ipse Bertran. num. 3. infert ad casum fortuitum, & concludit, vt inquit Ioan. Andr. & communiter alij Doct. in cap. 1. extra de commoda. & Bart. & Docto. communiter in d. l. sed & si quis. §. quæstum. ff. si quis caut. quod in casibus in quibus non subsistit t̄ generalis casuum fortitorum renuntiatio simpliciter cōcepta, pariter etiam non subsistat si iuramentum accesserit. Id autem ideo procedit, quia talis generalis renuntiatio ideo censetur non subsistere, quod in ea consensus deficiat, qui iuramento non suppletur. d. l. fin. C. de non num. pecun. & cap. quemadmodum, & cap. pen. extra de iureiur. Præterea quod iuramentum referatur ad natu-ram & voluntatem contrahentium, tradit iterum Bertrand. in consil. 219. num. 11. vol. 2. & in consil. 270. nu. 10. vol. 3. Accedit etiam prædictis illud, quod inquit August. Berous in consil. 22. nu. 41. vol. 2. dum inquit, iuramentum non ligare, nisi quatenus sit intentio iurantis & non vltra, vt dixit Bart. in l. quero. §. interlocutorem. ff. locati. & est etiam gloss. in cap. ne quis. 22. q. 2. & tradit Castren. in consil. 70. & rursus idem Berous in consil. 57. per text. in l. in hoc iudicium. §. 1. ff. commu- diuid. vbi notatur, & in l. non omnis. ff. si cert. per. & in c. cum super abbatia, extra de offic. deleg. & Alber. in l. Imperatores. ff. ad municip. pariter inquit, iuramentum nō trahi ad cum casum, de quo tempore iuramenti cogitatum non fuit, & id etiam quo ad Deum procedere, vt inquit Abbas in cap. proposūisti, nu. 21. extra de probatio. Item hanc eandem conclusionem, quod iuramentum vltra consensum non extendatur, voluit Ruinus in consil. 137. num. 16. vol. 2. vbi lo- quendo de fideiuso t̄ inquit satis non esse, quod de eo in genere cogitatum sit, propterea quod id fallum videtur, ex quo liberatio ad ea se restringit & refert, quæ peti poterant & exigi usque in illam diem, prout inquit velle Angel. in d. §. duo fratres. qui sane loquuntur in terminis, de quibus ibi per Bartol. in 5. quæst. vt puta si de fideicommisso saltē in genere mentio facta sit, nō autem de testamen- to, in quo relictū erat. Vnde est vt etiam iuramentum nihil operetur quo ad fideicommissum, quod sane pendet à futuro euentu, cum renuntiatio su- per

per qua*nt* interpositum est, ad illud non extendatur, sed illud potius excludat, cum ad ea restringatur quæ & deberi & exigi possunt vñq; in illam diem, vt ibidem latius tradit Ruin. pere ea, quæ voluit Bar. in l. si quis pro eo, in f. ff. de fidei usq;, & rursus idem voluit Ruin. in consil. 134. n. 8. volu. 1. pariter de renunciatione loquens, & ait illam renunciationem nihil operari: propterea quod sicut simplex promissio ex defectu consensus indebiti conditionem nō excludit: pariter etiam excludi nō debet, cum in ea appositorum est iuramentum. d. l. fin. C. de non nu. pecu. vt ibidem latius Ruin. ipse prosequitur. Iterum etiam Ruin. in consil. 146. num. 6. vol. 1. inquit iuramentum omnes interpretationes recipere, quas recipit simplex promissio, super quo interponitur. id quod intelligitur secundum naturam actus præcedentis. d. l. fin. C. de non num. pecun. & ideo dicit iuramentum consensum non augere: & sic vult quod vbi est defectus circa consensum, si omnino deficiat, vel sit aliqua ex parte limitatus quoquo modo, vel conditione, eodem modo & conditione intelligatur iuriandum, vt scilicet non extendatur, nisi quatenus de consensu appetat. Et ideo inde infert ad promissionem de euictione, vt scilicet in eo casu ad interesse non detur ex defectu consensus: Nam ex tacita mente cōtrahentium intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur, & iuriandum non efficere, vt in ea promissione iurata promissio interesse contineatur. & idem firmavit Ruin. in consil. 132. n. 16. vol. 4. videlicet iuramentum consensum non extendere nec augere. & ideo dixit Angel. in l. non est verosimile. num. 1. ff. quod metus causa. iuriandum superfluum admittendum nō esse, sed secundum intentionem iurantis intelligendum in foro conscientia, licer in foro judiciali iuxta intentionem dantis, vt voluit Abbas in cap. ex literis, num. 6. extra de sponsalibus.

## C A P. CCC XX.

## A R G V M E N T V M.

Iuramentum an restringatur ob incognita.

## S U M M A R I A.

- 1 Iuramentum ad incognita non trahitur.
- 2 Legitime iuramento renunciatum non censetur, nisi de ea fiat expressa mentio.
- 3 Iuramentum non extenditur ad verosimiliter ignorata.
- 4 Iuramentum non tollit beneficium l. si vñquam. C. de reuoc. donatio.
- 5 Ius ex facto oritur.

**F**Acit plurimum ad ea, quæ hucusq; dicta sunt, quod iuramentum ad incognita non trahitur, vt inquit Marin. Frec. in tracta. de presentatio. instrum. parte 9. quest. 15. n. 8. dum inquit, renunciationem pro specifica haberi, nec iuriandum ad illam trahi, ex quo de ea cogitatum non fuit: quo fit vt consensus deficiat, vt latius ibi per eum, & tradit Barbat. in consil. 16. colum. 3. & in consil. 43. & in consil. 52. in fine, volum. 2. inquiens vulgatum esse illud, iniquum esse principium, de quo cogitatum non est, inquit Andr. de Ifern. in capit. 1. §. sed nec est alia, num. 38. in tit. quæ sit prima causa. & in c. 1. in tit. de

cap. Contra. in f. & in c. i. in princ. de pace iuram. firman. Nam consensus verosimiliter abesse præsumitur, illud quod tempore renunciationis inesse non reperitur, sed accidere potest: & ideo iuramentum ad illud trahi posse dicendum non est, seu clausulas pro confirmatione apponi solitas: Nam ex quo principaliter non apponuntur, ad hoc trahi vel extendi non possunt, vt habetur in c. i. de proben. lib. 6. Præterea quod iuramentum ad incognita & ignorata non extendatur, tradit Port. Imol. in consilio 101 num. 30. volum. 1. & in cap. ad nostram, il 3. & in c. peruenit, il 2. & in d. c. Quintauallis, extra de re iudic. & tradunt Doct. in l. si de certa, & in l. sub pretextu. C. de transactio. & est tex. in l. mater decedens ff. de in offic. testamen. & in l. legitimam ff. de petit. hered. & in l. Claudius. ff. de acquir. hered. & in plures refert Paris. in consil. 20. nu. 113. vol. 1. & ideo ipse quoq; infert ad renunciationem, inquiens ius suum neminem iactare præsumendum esse, cap. super hoc, extra de renuncia. & l. si cum aurum. ff. de solutio. & l. Campanus. ff. de oper. libert. & l. cum de indebito. ff. de probat. & tradit gl. quam sequuntur Bart. Pontan. & Imola in l. quæ dotis ff. solut. mat. Et ideo fit vt abolutionem seu renunciationem quacunque prægnanti conceptione factam illum causum comprehendere dicendum nō sit, in quo quis enormiter lessus reperitur, de quo infra dicetur. Item Menochius in consil. 37. nu. 84. inquit, iuramenti vim esse, quæ solum circa cognita operatur & effectum habet, ex quo saltem in genere cogitatum creditur, vt respondit Curt. Iun. in consil. 47. in fin. & in consil. 63. uum. 5. Verum de hac cognitione generali, an ipsa sufficiat, supra late diximus, & infra dicetur. Præterea Natta in consil. 166. num. 25. vol. 1. de renunciatione cuiusdam hereditatis loquens, inquit quod ex quo mulier illa, quæ renunciavit de precio bonorum, quibus renuncianit, certior redditum non fuit, iuramentum quod ei accessit, non obligare: & ratio est, quia ad illud nō extenditur, quod recte cogitatum non fuit & comprehensum, vt in terminis dixit Federic. de Senis in consil. 199. Queritur, an dicta Margarita. & sequuntur plures alij, quos refert Ias. in d. consil. 133. in tertio principali fundamento secunda partis. & late tradit Decius in consil. 403. quamvis in casu. col. pen. vers. Quinto potest responderi. Eandem quoque opinionem sequitur Roland. à Valle in consil. 6. num. 28. volu. 1. dum inquit, iuramentum ad incognita non extendi, per ea quæ supra diximus. & ibidem num. 57. idem declarando inquit non obstat, quod iuramentum ad incognita non extendatur: quia inquit id esse verum, quando in specie cogitatum nō fuit, nec etiam in genere. & ita inquit procedere ea, quæ in contrarium deducuntur. At securus si in genere cogitatum fuerit, vt concludit Bal. in l. 1. versic. secundo queritur. C. commodati. & Alex. in l. 1. §. si quis ita, col. 3. ff. de verb. oblig. & Decius in consilio 343. col. fin. Præterea Roland. à Valle in consil. 13. nu. 34. volu. 1. auctoritate Castrensi. in consil. 70. in 4. dubio. inquit, quod quando iurans facti certus est, ignorat autem beneficium aliquod iuris sibi competere, utputa in integrum restitucionem, quæ minoribus datur, vel beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. in eo casu iuramentum illud iuris beneficium excludere, quod ei à lege conceditur, & inquit procedere illud, quod dicitur, iuramentum vires suas ad incognita, secus vero quando iurans facti certus non est, propterea quod tunc ignorantia a iuramento non

to non suppletur. Hanc Castrensi declarationem sequuntur Decius in consilio 350. in fine, in consil. 351. colum. fin. & in consil. 403. colum. penul. & Socin. Semer in consil. 28. col. 1. vol. 3. & Ruin. in consil. 134. col. 4. vol. 1. & Paris. in consil. 12. numero 90. volu. 2. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Roland. à Valle in consil. 99. num. 4. volum. 4. dum inquit, iuramentum ad incognita non extendi, ut ultra supra relatos dixit Francus in capit. quamvis, columna 4. versicul. fatetur, de pact. in 6. & Afflct. in cap. sic u inuestigierit, in titulo de feudo dato in vicem l. commiss. & late Tiraquell. in tractat. de iure primogen. quest. 55. numero 3. & Curt. Sen. in consil. 75. col. 6. in prin. & Guil. de Cun. in l. de his ff. de transact. quem refert Barbat. & eum sequitur in consil. 43. col. fin. vol. 1. & in consil. 55. colum. penul. in eodem vol. 1. & Brunus in consil. 80. in fin. & Berous in consil. 93. num. 63. vol. 2. & Crotus in c. Rainutius, colum. 18. versic. aduerte, extra de testam. & Fabian. in authen. nouissima, quest. 16. C. de inoffic. testam. & Steph. Bertran. in consil. 9. num. 8. vol. 1. & in consil. 68. col. pen. vol. 2. & in consil. 3. nu. 21. volu. 3. & Michael Gofred. in suis commun. opin. lib. 1. cap. 10. quest. 3. & 4. & lib. 2. cap. 5. quest. 21. & Guilielm. de Benedict. in c. Rainutius, versic. in eodem testamento relinquent, il 1. nu. 119. extra de testamen. & Thom. Grammat. in decis. 57. n. 27. & in decis. 102. n. 87. & Bursat. in consil. 114. nu. 11. vbi afferit hanc esse communem opinionem, prout etiam idem voluit Boerius in decis. 3. nu. 20. & Anton. Gabriel. in suis commun. opinio. in tit. de legit. conclus. 8. n. 9. Et ideo ibidem Roland. à Valde, nu. 3. per iuramentum † legitimate renunciatum non censeri, nisi de ea fiat expressa mentio, ut voluerunt Bald. in rub. extra de iure iur. col. pen. versic. non obstat tamen. & Ludo. Rom. sibi contrarius in l. qui superstitis. ff. de acquir. hered. & Aret. in d. l. 1. §. si quis ita, n. 17. ff. de verb. obl. vbi tradit etiam Galia. nu. 45. & Ias. in l. si quando. 5. & generaliter, C. de inoffic. testame. & Gaido Pape in quest. 427.

Quo vero ad incognita in genere, Ant. Gabriel. in dicto tracta. commun. opin. lib. 6. de legit. conclusio. 6. in prima ampliatione, nu. 8. inquit iuramentum ad legitimate extendi, hoc est generalem renunciacionem legitimam amplecti, & eius supplementum, ut voluerunt Ludou. Roman. in d. l. 1. §. si quis ita, num. 33. versic. ultimo in quantum. ff. de verborum oblig. & Ias. in consil. 207. colum. 2. versic. secundo facit, volum. 2. & Ioan. Anton. Rube. Alexan. in consilio 43. colum. fin. versic. per qua verba, iuncto versic. & in casu nostro, & Decius in consilio 26. colum. 1. versic. Præterea & Alexan. in consil. 181. colum. 1. versi. & per hoc est responsum, vol. 5. & iterum Ioan. Anton. Rube. Alexan. in consil. 73. num. 5. versi. quinto presupposito. & Ripa in consil. 6. nu. 8. versic. Imo communis, vol. 1. vbi attestatur hanc esse communem opinionem. & Gozad. in consil. 69. nu. 19. versic. credimus, quod per generalem. & Ripa in consilio 5. in fin. versic. secundo dicti filij, volum. 3. & Natta in e. quamvis, col. 8. versic. aduerte tamen, de pact. in 6. & Socin. Iunior in d. consil. 50. num. 14. vsque in finem, vol. 2. & in consilio 136. colum. fin. versi. Imo magis ad propositionem, volum. 1. & Guilielm. Benedict. in d. c. Rainutius, in versi. in eodem testamento relinquent, num. 130. versic. Decimo limit. abitis. extra de testamen. & Cassane. in consuetud. Burgund. fol. 287. colum. 3. & Paris. in consil. 1. num. 103. versi. eo magis, volum. 2.

Contrariam vero opinionem tenuerint quamplures, ut puta Decius in consil. 130. col. 4. vers. Sed iuramen prædictio. Et Bertrand. in consilio 9. nu. 8. versic. Sed

ipsa promisit, volum. 1. & Thomas Grammat. in decisio. 102. numero 8. & pluribus sequentibus. Vbi dicit, hanc esse communem opinionem ex mente Boerij, & idem voluit Franc. in d. capitulo quamvis, columna 4. versicul. fatetur tamen ibi, de pact. in 6. & Boerius in decisio. 3. numero septimo, & pluribus sequentibus, & Guido Papæ quest. 427. & Guilielm. Benedict. in cap. Rainutius. in versicul. in eodem testam. relinquens, numero 119. versicul. vnum tamen menti tenebis, extra de testam. & idem sentit, licet non firmet, idem Guilielm. Bened. in d. cap. Rainutius. in versicul. duas habens filias, numero 293. versicul. quod intelligatis verum, extra de testamen. & Thomas Grammat. in decis. 101. numero 5. & pluribus sequentibus, versic. item quantum, vbi pariter inquit, hanc esse communem opinionem, & Bertrand. in consilio 28. columna secund. i. & sequent. volum. 1. & in consilio 63. columna fin. eodem volum. & in consilio 209. in eodem volum. & in consilio 7. colum. 3. in eodem volum. 1. & in consilio 68. col. pen. & sequen. volum. 2. & in consil. 74. & col. 4. & sequen. volu. 2. & Barbat. in consil. 55. n. 17. vers. præterea facit, vol. 2. & Curt. Sen. in consil. 76. colum. 5. vers. sic etiam probatur. & idem videtur esse de mente Ias. in l. si quando. §. & generaliter, colum. 2. versic. limita predicta. C. de inoffic. testam. dum se refert ad ea, quæ ipse notauit in l. sed & si quis. §. quantum, col. fin. ff. quis cautio, vbi tenet iuramentum iura specialis expressionis non habete, & Bal. in Rub. ff. de iure iur. col. pen. vers. Sed dicam. & Roman. in l. qui superstis, n. 21. vers. aduertendum est, ff. de acqui. hered. & Ioan. Crœ. in c. Rainut. col. 18. in fin. versic. add. primo. ff. de verb. obligat. & Tiraquel. in tracta. de iure primogen. quest. 5. num. 3. quibus videtur apparere, hanc esse magis communem opinionem.

Verum opinioni præcedenti, quod scilicet iuramentum ad incognita non extendatur adharendo cumulo predictorum, qui eam opinionem sequuntur, additur Tiraquel. in l. si vñquam, in prefatione, numero 170. C. de reuocan. donatio. & Ripa in d. l. si vñquam, numero 6. & 7. de donat. & grat. reuoc. vbi inquit iuramentum dispositionem ultra consensum non extendere ad incognita, & non cogitata, & tradit Rota in decis. 1. in fin. in nouis. Mouetur autem Tiraquel. in d. l. si vñquam, per text. in capit. Quinta. uallis, extra de iure iurand. & etiam per ea, quæ dixit gloss. in capitulo veniens, in verbo, præciusset, & ibidem Baldus in eodem titulo, & rursus glossa in dicto capitulo ad nostram, il 2. in verbo, in monte, per illum text. in c. pen. in eodem tit. & in c. 2. extra de renuncia. & Bart. in d. l. si quis pro eo, in 8. casu. ff. de fidei insuff. & in consilio 90. Dilecto Domino, col. 3. versic. præterea posito. & Bal. in l. 2. quest. 9. C. de rescind. vendit. & in c. 2. extra de renuncia. & in c. cum contingat, num. 1. in septima conclusione, extra de iure iurand. & in consil. 436. Queritur, si factum fuit, col. 1. vol. 1. & Signorol. de Homo. in consil. 61. questio talis est, Potestas. colum. 2. versi. Nunc veniamus. & in consil. 250. super dubius, col. 5. versicul. item non videbitur. & Federic. de Senis in consil. 199. Queritur, an Domina Margarita. & in consil. 281. casus talis est, statuto. col. 1. & Ang. in consil. 172. Ludouicus, colum. 1. & Imola in c. debito, extra de iure iurand. & Card. Floreb. in consil. 92. fauendo pupillis, colum. pen. vers. que ad iuramentum. & Paul. Castren. in consil. 342. considerandum est. colum. 3. vol. 1. & in consil. 448. in fine, eodem vol. 1. & in consilio 377. Ad primum videtur dicendum, dispositionem, col. 2. vol. 2. & Rom. in consil. 2. pro proposte, colum. 1. & in consil. 379. circa primum, colum. 2. versi. nec etiam obstat,

& Alex.

Et Alex. int. sciendum, col. 10. versic. & certe videtur ff. de verb. oblig. & Calcan. quid late comprobat, in consil. 25. Titius nobilis, colum. 15. versicu. Non obstat, quod dicitur. cum multis sequentibus. & Socinus in consil. 103. in casu conventionis, colum. 2. versicul. adde quod dictum est. C. de transactio. & Steph. Bertran. in consil. 361. viso consultationis themate, in prin. vol. 1. Item Aymon Crau. in consilio 192. num. 6. inquiens, iuramentum ad ius ignoratum non extendi. c. breui. & ibi notatur, extra de iure iuruan. & inquit, quod ignorans factum iuramento non ligatur, ut late ibidem prosequitur Crauet. Item Paris. in consil. 12. num. 89. & 91. vol. 2. vbi pariter inquit iuramentum ad incognita non extendi & ignorata, ut voluit etiam Benedict. Capra in consil. 29. col. 4. & subdit non obtare, si dicatur iuramentum vim expressi non habere, quia stante facti errore & ignorantia, vim casus expressi habere non potest, ut ibidem latius per eum. Item quod iuramentum facti ignorantiam non suppleat, tradit iterum Paris. in d. consil. 20. numero 112. volum. 1. pere ea, qua tradit Castren. in consil. 70. colum fin. versic. quarto loco. & Decius in consil. 351. in casu. num. 8. & in consil. 180. in fine. & Socin. in consil. 214. col. 7. versic. postremo, volum. 2. & in consil. 103. colum. 2. & 3. volum. 3. & Gratian. in consil. 7. numero 9. vol. 2. inquiens, iuriurandum dispositionem ultra consensum iurantis non ampliare. & ideo vult quod quando iuramentum vim expressi haberet, ut supra dictum est: id tamen in iis locum non habet, quæ à iurantibus cogitata nō præsumuntur, ut late tradit Ias. in d. l. si mihi & tibi. ff. de legat. & in l. sanctius, col. 2. C. de testam. & in l. sed & si quis. §. quasitum. ff. si quis cautio. Præterea etiam quod iuramentum non extendatur ad ea, quæ verosimiliter cogitata non sint, & tradit Gozad. in consilio 32. numero 5. & Federic. de Senis in consilio 199. numero 2. inquit, neminem iurando ei renunciate credendum esse, quod ignorabat: & ideo inquit, nisi probetur certificatio, præsumendam non esse, cum sit solemnitas extrinseca, quæ nisi probetur, non præsumitur. l. quecunque. §. fin. ff. de public. & iterum Federic. de Senis in consilio 62. numero 2. inquit, iuramentum generale ad casum non cogitatum, & minus verisimilem non extendi. c. veniens, vbi gloss. 2. extra de iure iuruan. & Roman. in consilio 269. num. 2. Et ideo infert ibidem, non tollere beneficium l. si vñquam. & C. de reuoc. donat. Præterea quod iuramentum non efficiat, vt ea quæ aguntur ad incognita trahantur, tradit Thom. Gramma. in consilio ciuili 25. numero 7. vbi etiam dicit iuramentum ad illud non trahi, de quo quis verosimiliter tempore præstandi iuramenti non cogitauit, & id confirmavit etiam Socin. Iun. in d. consil. 25. num. 13. volum. 4. Item quod iuramentum non trahatur ad incognita, tradit etiam Alex. in consil. 14. nu. 21. vol. 6. & inquit hanc conclusionem procedere, quando in specie cogitatum nō est, nec etiam in genere: at secus esse si saltem generaliter cogitatum sit, per tex. in d. l. sub praetextu, la. 2. & quod ibi notant Doct. C. de transactio. & Alex. etiam in loco paulo ante relato infert ad iurantem superfacto, quod scilicet super omni iure iurare videatur, quod ab eo facto descendit, cum ius ex facto oriatur. l. expagis. §. in clivo. ff. ad l. Aquil. & l. Dominicus Labeo. ff. de testam. & l. responsum. C. de transact. & sape ex modica factum mutatione totum ius mutatur l. si. ff. de excusa. tuto. & l. hoc legatum. & l. fin. ff. de leg. & l. si in emptione, & l. cum ab eo, & l. qui fundum, in

princ. ff. de contrahen. emptio. & quod videatur iūrare super omni iure ab eo facto descendente, est text. in l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iure iur. & tenent Bar. Angel. Raphael. & Rom. in l. sciendum. ff. de verb. obligat. & iterum Bar. Fulg. & Paul. Castrren. in l. si duo patroni. §. item Julianus. ff. de iure iur. per illum tex. & rursus Bar. & Angel. & Castrren. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. & Archidiac. & Ioan. And. in cap. 2. de pact. in 6. & resert & sequitur Bal. in l. 10. in fine. C. de reb. credit. & Ang. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in l. qui iure militari. ff. de testam. milit. & Butrius in c. si diligen. ti. de soro competen. colum. 6. vers. fallit primo. & Paulus Castrren. in l. fin. §. fin. ff. ad Senatus cons. Velleia. & optim. facit tex. in c. ex rescripto, extra de iure iurand. Item Curt. Sen. in consil. 3. num. 3. pariter dicit, iuramentum nunquam ad incognita extendi, aut trahi: & idem dixit Calla. in consil. 385. n. 2. & August. Beouis in c. 1. nu. 91. extra de in integr. restit. vbi expresse dixit, iuramentum ad incognita non extendi, nec ad ea in quibus iurans non consensit. Item hanc conclusionem sequitur Cephal. in consil. 198. nu. 7. vol. 2. & iterum Alex. in repudianda. num. 5. ff. de acquir. bared. per text. in l. fin. ff. quod quisq. iur. & Afflit. super 3. lib. feudo. in c. vni. co. num. 12. in tit. de vasal. qui contra constit. Lothar. Im. pera. feud. alien.

## C A P. CCCXXI.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum an restringatur ob verisimilitudinem.

## S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum non obligat, quando continet non verosimilia.
- 2 Iuramentum generale non comprehendit casum non cogitatum.
- 3 Periculum omne in se suscipiens cum iuramento, non dicitur suscipere casum fortuitum.
- 4 Errantibus nulla voluntas.

P Ræsuppositam materiam prosequendo & addendum est, iuramentum seruari non debere, nec opus esse, quando minus verosimilia continet, ut dicit Aymon Crauet. in tract. de antiquit. tempor. in 1. parte. nu. 218 pere ea quæ voluit Soc. Sen. in consil. 194. col. 1. versic. tertia eatio est, volum. 2. vbi refert inter alia gloss. in cap. nulli, in verbo, verosimiliter, de elect. libro 6. & Horatius Lucius in consil. 163. num. 25. in 1. volum. consilio criminis. diuers. vbi inquit iuramentum non extendi, nec trahi ad ea, de quibus verosimiliter iurans non disposuit et, si expressum esset, vt est optimus tex. in cap. cum iuramento, & ibi tradit gloss. extra de homicid. cum multis aliis, quos refert Tiraquell in l. si vñquam, in prefatio, numero 171. cum precedent. & sequen. & id sane generale est, vt quantumcumque generalis dispositio sit, ad ea non trahatur, de quibus specialiter verosimiliter dispositurus non erat. l. obligatione. ff. de pigno. Dixitque Angel. in consil. 249. col. pen. nullam ita generalem dispositiōnem, quæ ad non verosimilia trahi debeat: Quælibet enim intelligi & restringi debet ex bono & a quo, vt tradit Paul. Castrren. in consil. 342. column. 3. volum. 1. & in consil. 385. si cuiusdam. & Panorm. in dicto cap. veniens, column. 3. versicul. secundo membro, extra de iure iurand. vbi etiam est optimus text. & tradit etiam